2. Oppitorum est eadem scientia, i.e. tractantur in eadem disciplina, & ex unius notitia alterum quodammodo cognoscitur.
3. Quot modis dicitur (accipitur) unum (contradictrio, privativus, & relativus) oppositorum, tot modis dicitur (accipitur) & alterum, v.g. videns usurpat propriæ, pro cognitione sensuali, & impropriæ, de intellectuali: sic etiam cæcum de utriusq; cognitionis absentia usurpat.
4. Oppitorum (terminorum) sunt opposita consequentia (i.e. predicata universaliter dictibiles, & quidem eodem modo oppostra, quo subiecto), v.g. Magistri artis est imperare, E. subiecti est obediere. Edili, in contradictrio, v.g. homo est animal, E. non homo est non animal. 2. in privativus, ubi privatio totū habens subjectum tollit, v.g. videns est vivus, E. cæcus est mortuus.
5. Verum vero consonat, i.e. non opponit & repugnat.
6. Posito relatorum (formaliter sicut actum) uno, ponitur & alterum, & negato uno, negatur alterum, v.g. si datur magistratus, datur etiam subditi: si tamen non datur, nec illud dabitur.
7. Non necessitat, unum contrariorum si sit, & alterum esse.
8. Si alterum contrariorum si sit, & alterum esse naturâ necessit, non quidem ad euentum alterius, sed ad perfectionem hujus universi.
9. Contrariariorum causarum contraria sunt effectio, v.g. Ignis exsticcat, E. aqua humectat.
10. Privatio presupponit habitum suum, vel est potuisse, & hoc, terminus privativus non presit nisi de subiecto, quod subiectum vel fuit participes, vel factum per naturam capax, v.g. cæcitas non potest dici de cane primo etatis vite, quo per naturam visus non est capax.
11. Privativorum uno polo, tollitur alterum, & negato uno, ponitur alterum (in subiecto capax) v.g. Petrus est videns, ergo non est excus. Tali cæcitas, E. non videt.
12. A privatione, (tot ali, que cum actis tollit potentiam) ad habitum non datur regressus naturaliter. A participatione, que non plante tollit potentiam, datur regressus naturaliter ad habitum, non tamen ad numerum eundem, v.g. cæcitas non potest naturaliter reddit videns, qui vero datur, potest deinde alium videndi edere, qui tamen diversus est ab eo, quem ante edidit.
13. Inter contradictriorum (formaliter talia) non datur medium, adeoq; de quacum, dicitur unum, de co-negative alterum, & contraria, v.g. hermaphroditus est non mas, E. non est mas. Contradictria virtus talia habent medium, non tamen sui generis, i.e. tale, quod sub communione concurrit, v.g. inter hominem & brutum non datur medium tale, quod sub animali continetur.

F 2

TAB.

TAB. XXXVI.

LOCO DIVISIONIS, POTENTIÆ ET ACTUS, CONJUGATORUM ET AUTORITATIS.

- 1. Divisionis** { 1. Cui unum divisionis membrum tribuitur, ei adiunguntur reliqua.
 } 2. A quo removentur omnia membra dividentia, ab eode removetur divisum.
1. A potentia ad actum, siue ad posse ad esse non valet consequentia, u.g. non sequitur: *Coridon potest esse doctus, E. est.*
2. Ab actu ad potentiam (i.e. ab esse ad posse esse) valet consequentia (*si antecedens & consequens de eodem loquatur tempore, u.g. Homo ambulat, E. potest ambulare. Sexus est natu, E. potuit accipi.*)
3. A negatione potentiae ad negationem actus, siue ad non posse esse ad non esse valet consequentia, u.g. *Lapis non potest esse doctus, E. non est.*
4. A negatione actu ad negationem potentiae non valet consequentia.
5. Cujus est potentia eiusdem est actus, i.e. ei recte actu tribuitur, sicut non semper ei insit.
6. Qui potest majus (*difficilis*) potest etiam minus (*facilius, quod in illo motori includatur ac involvitur.*)
7. Frustra est potentia, qua non traducitur in actu, i.e. que nullo tempore, in nullo individuo, ad nullum actum traducitur aut traducta sunt.
1. Conjugata sunt cognatae voces, a quarum una altera, vel si plures fuerint, reliqua derivantur. Et voces, que ab eadem origine derivantur, dicuntur causas.
2. Conjugata alias sunt nomine tantum, que voce convenienter & differunt significacione, u.g. somnus, somnolentus; alia non sine re similes, que voce & significacione convenientes, u.g. Sapiencia, sapiens, sapio, sapienter. *De his loquuntur maxima.*
1. Cum qui conjugatorum & causarum unum coheret vel non coheret, cum eo coheret vel non coheret alterum. Petrus amat, E. in eo est amor. In Christo non fuit peccatum. E. Christus non fuit peccator.
2. Quod de uno conjugatorum dicitur vel negatur, idem quoq; dicitur vel negatur de altero, u.g. medicina est utilis urbi, E. & medicus. Medicina non est commendata, E. nec medicus.
3. Si abstractum prædicatur de abstracto, etiam concretum prædicatur de concreto, u.g. Physica est scientia, E. Physicus est vien.
4. Si concretum prædicatur de concreto (*inquit, vel ita ut falsa ratione ab eo differat.*) etiam abstractum prædicatur de abstracto, u.g. quantum est divisibile, E. quantitas est divisibilitas. Non vero sequitur: homo est animatus, E. humanitas est anima, quia predicatione a subiecto differt realiter, nec in quid de eo predicitur.
5. Cui (Cato intende, extense & protensa) linea abstractum (& quidem eo inessendo modo, quem importat concretum) de eo (ab aliis) prædicatur concretum (*intrinsecus denominatio*). *Divisio:* 1. fatus intencio; i.e. si intendit forma potest, si intentio ultra medium. 2. fatus extensis, i.e. nisi certam corporis partem posset (ut finitas) maiorem partem faltemque partem occupet. 3. fatus potente, i.e. si natura sua diutius manere posset, non citio transeat.
1. Dato testimonio divino, res certa est; adeo, testimonium divinum humanum præferendum.
2. Quod testimonio divino definiatur, non est articulus fidei, u.g. Pontificem esse caput Ecclesie. In ceteris, quae ad fidem non pertinent, valet regula: Theologia negativa, non est argumentativa, u.g. non sequitur: Scriptura non dicit, Leopoldum imperare, E. non imperat.
3. Quod per bonam consequentiam ex divino testimonio deducitur, candeum cum eo vim habet.
1. Sapientiam autoritas temere non est rejicienda.
2. Probato artifici in sua arte credendum est, nisi vel manifesta ratio, vel experientia, vel alius artifex & peritus testetur contrarium. Sed ne sutor ultra crepidam.
3. Antiquum testimonium de re antiqua est certius.
2. Humanam autoritatem negativè argumentari non licet, u.g. non sequitur: Galenus non scripsit de servito. E. non est. Huc pertinet: a nostro negare ad non esse, non valet consequentia.
5. Credibilium est, quod pluribus sapientibus, quam quod uni alicui vixum. *Interim tamen. Multitudine errantium non parit patrocinium errori.*

TAB.

TAB. XXXVII.

DE

SYLLOGISMO SOPHISTICO.

1. Synonyma: Syllogismus eristicus, seu contentiosus, Sophisma, Elenchus sophisticus. Est autem Elenchus in genere syllogismus cum contradictione conclusionis, 2. Prior. c. 20. i. de Elench. Soph. c. 1. i.e. cuius conclusio contradicit sententie adversarii. E.g., vel verius & legitimus, vel falsus & sophisticus, qui preciosè falsus.

1. Syllogismi sophistici sunt: 2. Definitio. Syllogismus sophisticus est, qui ex iis, quaevidentur probabilitia, nec tamen sunt, colligit conclusionem, aut exprobabilibus, iisque quevidentur probabilitia, colligere videtur, nec tamen colligit, i. Top. c. I. §. 8.

1. Solius materia: quia bonus est in forma, & tali constituit premisit, que initio probabilitatem potest manifestare tamen falsa est. v.g. Quicquid non amissibilis est. cornua habet. 2. Formis tantum: quia in materia bona, colligere est & legitimè considerare possetur, nec tamen colligit. v.g. O, alius habet duas aures. O homo habet duas aures. Homo est alius. 3. Utrinque, marita s. & formae. v.g. Quicquid emisti, comedisti. Panem non emisti. E. Panem non comedisti.

Proprietas
nond.
hoc loco

1. Scopi. Officium scientis est, nec mentiri ipsum in iis, que novit, & posse alium mentientem patere. 1. Elench. c. 1. Sed ut habet in cap. 3. sophista scopi sunt

1. Elenchus, redargutio seu contradictionis ut respondens sibi ipsi contradicat. 2. Falsum; ut respondens assertat manifestum falsum. 3. manifestatio. Absurdum; ut respondens assertat id, quod contra aliorum, maximè sapientum, sententiam s. 4. Sollicitus; ut respondens barbarè loquatur. 5. Nugatio; ut respondens sine utilitate repetat.

2. Sophistarum

2. Fallendi modi, seu fallacia; alias sunt

1. In dictione: quando focus in verbis latet, v.g. se argumentor. O. vulpes est quadrupes. Herodes est vulpes. E. Herodes est quadrupes. De hui agitur in Tab. XXXVIII. 2. Extra dictiōnēm: quando focus non latet in verbis, v.g. Quicquid hominem facit peccare (per se) malum est. Viam facit hominem peccare (per accidens) E. Vinum est malum. De his agitur in Tab. XXXIX. Quibus annuntiuntur fallacias sollicitandi & respondendi modi Tab. XL.

TAB. XXXVIII.

D E FALLACIIS IN DICTIONE.

- Fallacia in dictione sunt sex: Fallacia*
1. **Aequivocationis**: quando deceptio oritur ex diversâ significacione vocis; *vel simplicis*, *v.g. O. canis latrat. Tu canis. E. Tu latra. O. finis vel bonum quid. Mors est finis. E. Mors est bonum quid. vel conjuncta*; *v.g. Qui littus arat, terram scindit arato. Qui operam perdit, littus arat. E. qui operam perdit, terram scindit arato.*
 2. **Amphibolia**; *ἀμφιβολίας*, *ut Quintilianus eam vocat*; quando ex diversâ constructione oritur deceptio; *v.g. Quod quis videt, id videt. At videt quia lapidem. E. lapis videt. Quoscumque velle me apprehendere, velle ut me apprehenderent. Hostes velle me apprehendere. E. velle, ut hostes me apprehenderent. Hac referuntur isti versus:*

*Ajo te Acida Romanos vincere posse.
Cresus Halym penetrans magnam pverter opum vim.
Porta patens est nulli claudaris honesto.*

 3. **Compositionis**: cum sensu composite accipitur, quod sensu diviso intelligendum era.
 4. **Divisionis**: cum sensu diviso accipitur, quod sensu composite intelligendum era.
 5. **Accentus**: *qua fallit mutatione accentus, seu propter aliam atq. aliam pronunciandi vel scribendi modum. Committitur E. hac fallacia*
 6. **Figura dictioris**: *qua fallit similitudine dictiorum. v.g. Habeo est secunda conjugationis. E. G. abeo. Verbo nota actionem. E. etiam alia verba aliis in O. Mus rodit easum. Mus est syllaba. E. Syllabar odiat easum.*

TAB.

TAB. XXXIX.

FALLACIIS EXTRA DICTIONEM.

Fallaciis extra dictioem. fallaciis extra dictioem. fallaciis extra dictioem.

1. Acciden-
tis : que
committi-
tur
2. Quando non distinguitur inter per se & per accidentem, v.g. Quicquid homi-
nes (per se) reddit ebrios, est malum. Vinum homines reddit ebrios (per acci-
dē) E. vinum est malum. Quod iram operatur (per se) est malum. Lex
iram operatur (per accidentem) E. Lex est mala.
2. Quando subiecto & accidenti eadem similiter attribuuntur. Sumitur au-
tem accidentis h. l. improprie pro omni eo, quod à subiecto, cui verè (sive essentia),
sive accidentaliter) convenit, aliquo modo diversum est. Fallacie exempla sunt: Ho-
mo est animal. Homo est species. E. animal est species. Homo non est
genus. Homo est animal. E. Animal non est genus.
2. A dicto secundum quid ad dictum simpliciter; quando quod non inest simpliciter, ali-
qui tribuunt simpliciter vel contra, v.g. aristoteles est homo pictus. E. est homo. Aris-
toteles reddenda domino. E. sunt reddenda domino furioso.
3. Ignorationis elenchi; cum conclusio non recte contradicit, v.g. sit thesis: enthyme-
ma non esse syllogismum; alius concludat: enthymema esse syllogismum imperfectum.
4. Petitionis principii: cum idem per idem, incertum per aquæ incertum probatur.
Aristoteles appellatur *ceterorum rationum* petere id, quod erat in principio, id est, petere,
ut concedatur quod, que ab initio disputationis tanquam dubia, ad disputandum erat proposita. Unde
hoc fallacia rectius salutatur. Petitus ejus, quod erat in principio, quia Petitio principii,
varius ejus modus tradit Aristoteles. Topic. c. 13. inter alios, quando quod definitum per defini-
tionem confirmat. Sed hec non est vera petitio principii, quia definitio notior est definitio; sed tantum
ad hominem, qui sibi eam notior est significat. Idem de aliis quibusdam modis dicendum. Vid.
Fonsec. I. 8. c. 13.
5. Consequentiis:
que committi-
tur
1. Quando consequentia putatur esse reciproca, nec tamen est, v.g.
g. si quis colligat: Si homo est, animal est. E. si animal est, homo
est.
2. Quando ex opposito antecedentis putatur sequi oppositum conse-
quentis, v.g. Si homo est, animal est. Sed homo non est. E. ani-
mal non est.
6. Non causa, ut causa: cum falsitas conclusio tribuitur alicui premissarum, qua-
men ejus causa non est. Commititur in syllogismo ducentibus ad absurdum. Quando enim con-
clusio falsa est, & forma bona, alteram ad minimum premissarum falsam esse, necessum est. Si itaque
quis falsitatem conclusioi et premissa imputet, que falsa non est, hanc commitit fallaciem.
7. Plurium interrogatorium: cum ad plures interrogations una petitur responsio;
si ve quando plures questioes tanquam una proponuntur, v.g. Desisti esse malus? Estne So-
crates homo & atinus?

RATIONE SOLVENDI FALLACIAS.

Solutio q̄d vel

1. Totius argumenti refectionem; quando statutus controversie declaratur, & argumentum non esse contra thes̄n ostenditur, v.g. quando contra nos Pontificis argumentatur: Quicquid praecepit Deus, id necessarium est. Deus praecepit bona opera. E. bona opera sunt necessaria. Resp. non est contra nos, sed contra thes̄n, quia non operam necessitatem, sed necessitatem ad salutem negamus.
2. Vitiolz consequentia detectionem; quando vitium forme ostenditur, v.g. O. homo est bipes. Gallina non est homo. E. Gallina non est bipes. Resp. minor in prima figura sit affirmans.
3. Distinctionem; quando multiplex sensus explicatur, & idoneus eligitur, v.g. O. credens salvator. Quicunq; habet facultatem miracula edendi, credit. E. &c. Resp. distinguendo: O. credens fide falsificata, salvatur, concedo: O. credens miraculosa fide, salvatur, nego.
4. Infestationem seu negationem alterius vel utriusq; premissa, v.g. O. ordinatio Dei est bona. Pontifex R. est Dei ordinatio. E. &c. Resp. minor est falsa.
5. Limitationem; quando ostenditur aliquam premissam non absolute, sed tantummodo quid veram esse. v.g. Quicunq; aliquid non potest, non est omnipotens. Deus non potest mentiri. E. &c. Resp. Limit. maior: qui non potest aliquid, quod ab omni imperfectione purum est, ille &c. Sic vera est maior, sed minor erat falsa.
6. Infantiam; quando universalitas propositionis infringitur allato aliisque exemplo contrario. v.g. Omnis verus Ecclesiae minister habet fidem salvificam. Pontifex R. est verus Ecclesiae minister. E. &c. Resp. ad maiorem per infestationem: Iudas fuit verus minister, caruit tamen fide.
7. Per Retoritionem seu inversionem; quoniam argumentum adversarii pro nobis facere ostendimus, proprijs, eam jugulamus gladio. Vocatur etiā Bisev., quasi violentia responsum. E.g. Ariani argumentantur: Christus est primogenitus ante creaturas. E. est creature. Resp. Imo non est creature, quia genitus est ante creationem. Exempla alia vide 2. Sam. XII. 7. Matth. XV, 27.
8. K&z' aduersariog; seu objectionem; quando adversarii argumentum non solvitur, sed fortius ei opponitur, v.g. Matth. 26, cum mormurarent discipuli propter effusum angustum. Salvator opponebat: pauperes semper habent fideis &c.
9. Per deductionem absurdam; quando indicatur adversarii contradictione patere manifestam absurditatem.
10. Per alias autoritatis oppositionem; quando testimonio humano aliud par vel etiam dignius opponimus.
11. Per comparationem cum alio absurdo; quando absurdum adversarii argumentationem cum similiter absurdo comparamus. Utimur tali, vel simili locatione: perinde est, ac si quis ita argumentaret &c.
12. Per comparationem aut majoris; cum aliquid nostrae aut alterorum persona obiectum ad ipsa personali obiectione diluvium. Sic Christus l'hui fides expobrambitibus, quod discipuli illorum manibus comedenter responderunt: vos transgredimini mandatum Dei?
13. Per objurgationem, Λεπτασθεν; quando increpamus adversarium, quod vel contra pietatem, honestatem vel manifestam experientiam & sensum dispergit, v.g. si quis in dubium vocaret, Parentes esse honorandos.
2. Apparens; quando ad rem nihil responderetur, in speciem tamē aliiquid adjectur, ne quis pro rō tacuisse videatur, id est potissimum
1. S. Divisa μη Irritione; quando argumentum adversarii tanquam lete elaudimus, quod is eo velicito adiutu dilabatur.
2. προσβάσις, Excuse; quando adversarii à scopo abducimus, quo ille implicitius, proprii obligeatur. Utroq; modo utentur sapientia: Collocutores Pontificis in colloquio Ratiocinanti, quando ad nostrum strigentes rationes & responsiones, hos concionari, v.g. ad formam ubilis responderem incepit clamitare.

DEO SIT LAUS ET GLORIA, AMEN.

I. N. D.
BREVIS DUBIORUM ET CONTROVERSIARUM UTILI-
ORUM DECLARATIO.

AD TABULAM I.

S. 1.

De ratione Etymologicæ vocis Logica, tadiosemagis, quām utiliter, disputatur. Λογική & Λογικός, rem tractare apud Aristotelem εἰς τεχνάς, ὡς in τέχναις, soli filo, ex aī modo minime stabili, populariter tractat, & non ex principiis propriis deducere. Ei opponitur, re tractare εἰς τεχνάς, πραγματικούς, φυσικούς, querens δόγματα, καὶ ἀληθεῖαν, ἀργούς, accurate & ex propriis principiis aliquid deducere. E.g. dialecticē procedit, qui tironi doctrinam de syllogismo pingui Minervā proponit, & figurās ejus modosq; exemplis declarat; qui vero causas atq; principia inculcat, demonstrando cur talem vel tamē conclusionem sequi necesse sit, is demum analyticē syllogismū tractat. Posterior tractandi modus non pro cuiusvis captu est, sed presupponit ingenium per Dialecticā ad accuratam notitiam acquirendam dispositum. Paucis hac attingit Stab. quæst. Log. 1. s. 4. prolixē vero declarat Picart. in Philosoph. Aldoroph. p. 366. & Scherh. in Theßl. Philos. disp. 2.

S. 2. Sicut Aristoteli λογική & διαλεκτική ita etiam λογικός & διαλεκτικός idem sunt; si unum excipias locum 1. Top. 1. s. 6. ubi triplex constituit proportiones, ethicas, physicas & logicas; & per logicas non tantum eas, quæ ad Dialecticam, sed & illas, quæ ad Analyticam pertinent, intelligere videuntur: quemadmodum & Stoici oīm dividabant philosophiam in Physicam, quā totam theoreticam; Ethicam, quā totam practicam Philosophiam; & Logicam, quā totam ratiocinandi disciplinam intelligebant. Quare Aristotelē menti conformatum est, logica vocem (quæ quidem substantiæ accepta apud eundem non occurrit) strictè usurpare, vel Dialecticā quācumq; in latiori significatione, quæ totum ratiocinandi Ar̄tem notat. Hanc tamen acceptiōnem tum apud verutissimos, tum apud recentiores Aristotelia Interpretes ultrafinitissimam, ea proper respondant esse, nemo prudens suadebit. Add. Stab. quæst. Log. 1.

S. 3. Aristoteles Rhet. c. 1. dicit: Quæ ad syllogismū pertinent, eaque omnem, Dialecticē est videre, vel ipsius universæ vel partis. Hinc concludunt aliqui, vocem Dialecticæ apud Aristotelem etiam sumi latè pro totâ ratiocinandi arte. Id quod cūm aliquid B. Stablio opponetur, respondet: Hunc locum esse subiectum & pro supposito haberi (1.) quia similis ubi vox Dialectica h̄c capiatur modo non occurrit apud Philosophum; (2.) absurdum est locutio propter disjunctionem, quæ incongrue hic

adhibetur. Si enim tractatio syllogismi partis est, est etiā totius; & si totius etiam partis aliquip. (3.) Miseret hunc locū omīni.

S. 4. Notiones secunda eaque ac primæ realia sunt entia, quod alibi declarabo, cum Deo, suis. Quare respectu earū Logica eaque reali disciplina est, ac Physis, aliqz; scientiæ. Circa definitionem Logica noto i. De genere Logica confensus nō est Iperandus, maxime propter ea quia de naturâ artis & aliorum habituum diversa & contraria à diversis retinentur hypotheses. 2. Proximum Logica genus investigavi, nec tamen certas ob causas in definitione posui explicatives posui interim implicites: quum enim argumentatio pro effectione habenda sit, ideoq; in habitu mensis, praktico, argumentandi, respīta includitur. 3. Ut de genere Logica is est, ita communiter eidem asfignantur differentiae minus apta, v.g. dum definitur ars syllogistica, ars veritatis vel opinionem acquirendi, verum à falso discernendi. Sc. Disciplinæ enim differentia talis esse debet: ut ex ea cognosci & colligi possit, quid tractetur in disciplinâ, & quid ad eam nō pertinet. Jam allatae & similes differentiae tales non sunt. Patet id, quia Logica ita tractat syllogismū, dūcet veritatem & opinionē acquirere, verumq; à falso discernere, ut finitum quādam principiū, ex quibus concluditur, non tamen omnīa, sed tantum coniuncta & probabilita iradar, & reliqua relinquat intacta: Ho verò in allatis differentiis nequam indicari, quivis facile videt. Hinc definitions, quæ dicitis & similibus differentiis constant, definitum non exhaustiū, & convenienter Logica, etiam in parte Topica ab ea divellereatur.

S. 5. Habitum aliquem esse instrumentum, & esse habitum instrumentale, sunt distinctissima. Ad hoc plura requiriuntur, quam ad illud. Aliud præterea est, Logica dici posse instrumentum, & aliud, Logicā per instrumentum, sanguī per genus esse definiendam. Prīus negari non potest, falsum tamē est posterius. Genus enim est de rei essentiâ, sed instrumentū aliarum disciplinarum esse, convenit Logice accidētaliiter tantum. Sublatis enim illis, vel negatis, Logica nihilominus essentia maneret salva.

S. 6. Circa definitionē facultatis dicitur, quod contraria in eā non sumuntur strictè, pro quādam oppositorum specie, sed latè pro oppositis. 2. Tērmo nō est de oppositis in complexis, seu terminis, sed de complexis, i.e. propositionib; ut ita facultas versetur agere circa oppositas enunciations i.e. tam falsum, quam verum defendat seu intrinque partem disputet. Add. Stab. quæst. Log. 1.

C

S. 7. Dia-

§. 7. Dialecticus ut verum & falsum defendere posse, non tamen intendit, falsam gignere opinionem, sed *egregiū*, ut Ammonius vocat, i.e. rectam opinionem: conferatur *Voss. I. l. Oxat. inf. c. i. f. 1.* de Rhetorice fine differens. Exinde vero non potest colligi, etiam veritatem esse genuinam finem Dialecticae. Ratio est: quia negato vero & essentiali habitus aliquis fine, habitus ipse vigore non potest. Jam vero etiam si veritas cognoscit non possit (quod somniantur *Sceptici* seu *Pyrromii*, de quibus *Cell. I. m. cap. 5.* vigore tamē possessorum ex probabilibus disputandi, seu Dialectica.

AD TAB. II.

5. 1.

Predicabile vivo cīs id dicitur, quod praedicari potest: hinc etiam predicabile commode habetur pro universalis synonymo. Solet tamen nonnauquam universalē notē rem praedicabilem; **P**redicabile autem significet modum praedicandi & inveniendi, qui in universalibus diversi, & quintuplex quidem deprehenditur. Hinc in communī loquendi usū dicimus, *quinq. esse predicabilita*, i.e. modos, quibus universalia praedicari possunt; non autem dicimus, *univerſalia esse quinq.* (cū sint numero plura) sed *quintuplica*.

5. 2. Genus in definitione universalis non exprimitur, nec adsignari forsitan potest, ci verum genus, sed tantum aliquid, quod se per modum generis habet, si nempe verum est quod universalitas & singularitas sunt entis attributa. Hac enim & alia accidentia in concreto, definitur per subiectum in recto, quod generis loco stat, propriè tamen genus non est. Commodo proinde addi vel sub-intelligi potest nomen rei entis. h. m. *univerſale est res*, que &c. Nec est, ut dicas, *univerſalia esse non entia*. Nam expressè dicit Aristotle *l. de interpret. c. 7.* *verum alia singulare* sunt, *alia univerſales*, *et c. iām non entia universalia esse*. Non enim propriè sunt talia; sed tantum per quandam similitudinem & impropriè. Generis, speciei & reliquorum praedicabilium genus est universalē, quod habetur *implicitē* in eorum definitionibus, dum tota universalis definitio in iis repetitur.

5. 3. Circa definitionem universalis not. 1. *praedicari* sumitur nonnunquam late, ut sub le & affirmationem & negationem comprehendat; hoc vero loco *finiti*, pro affirmari. 2. Pluribus sumitur non comparativē, sed positivō, i.e. habet significatiōē positivi. *multa*. 3. dicitur, *apud eū*, seu cui non repugnat. Ad universalē non requiritur (1.) actualis praedicationis, sed praedicandi potentia; nec (2.) actualis multorum existentia, de quibus id praedicetur, sed

sufficit ad id aptitudo, ut possit de pluribus dici, sive ea existant actu, sive non. Dantur enim universalia monadica seu *species monadica*, quae in unico existunt individuali, v.g. Sol, Luna. 4. *Unicōē* predicari quid sit, dicitur in *Tab. 3. 5.* Aliud est essentia litteris differere & aliud, diffinita habere essentias. Hoc competit omnibus, que non habent eandem numerō essentiarum, essentia litterarō differentia solis illis competit, quae diversa prædicta essentia habent, v.g. Petrus & Paulus habent distinctas essentias, non tamen differenti essentia. Personae vero Trinitatis nec essentia litteris differunt, nec essentias distinctas, sed unam numerō simplicissimā essentiam habent. Sicut proinde Theologi dicunt in Deo non dari *aliquid* & *aliquid*, sed alium ac *alium*: Ita eos imitati, dicere possunt, Personas Divinitatis esse *plures*, quum sint realiter distinctae, non *plura*, cum non habeant distinctas essentias. Hinc quando queritur: *an Deus sit univerſale?* recte per negationē respondetur: quia universale potest prædicari de pluribus, i.e. talibus, quae sunt *plura*, Trinitatis autem persona, de quibus Deus prædicari potest, non sunt *plura*, sed *plures*, sive non habent distinctas essentias. Add. *Stahl. Reg. Philosoph. part. 2. disp. 14. reg. 4. §. 5. & quest. log. 26.*

5. 5. Summa genera vulgo statuuntur decem. Praefuppontur a. ens & accidens de suis inferioribus non univoco, sed analogice & ita aequivoce prædicari: quod tamen a Præceptoribus nostris Salani rectissime haec tenetur fuisse. Eos sequi, dicimus ens esse genū absolute summum substantiam, quantitatem &c. summa, secundum quidam, summa scilicet in receptis prædicamentorum clasibus.

5. 6. Propria primi & tertii modi non sunt stricte & propriè propria, sed accidentia prædicabilitatis idem de quibusdam secundi modi dicunt, de quibusdam vero dubitant eruditū. Quarti modi propriè propriæ taliae, extra controversionem est. Ejus exemplum non erit id, seu ridere actu, sed nisi seu ridendi potentia. Retinent vulgo *To ridens* & dicunt, verbum hoc in presenti, ut alia sepe, non sumi pro actu, sed pro potentia. Malo tamen vocem *ridens* usurpare, quia accipere verba actum notantia potentiam est vocum abusus, qui facilè magnas

magnas parit confusiones. 2. eodem jure
in praefenti *canscē* sumeretur pro po-
tentia, atque sic itidem pro quarti modi
proprio haberetur.

§.7. Accidens sumitur vel *absolutē* vel
reflexivē. Accidens *absolutē* acceptum
est id quod est in alio tanquam in subje-
ctō: hoc modo sumitur in doctrinā pra-
dicamentali, & propterē *accidens predicamen-*
talē dicitur. Accidens *reflexivē* ac-
ceptum sumitur tribus modis: 1. *latissime*
& innatite pro omni eo, quod alteri
quocunq; modo tributur: qua acceptio
non nisi in fallaciā accidentis solet at-
tendi; 2. *late* pro omni eo, quod nec essentia
rei est, nec ad eam pertinet: quomodo
etiam proprium accidentis dici potest
& solet; 3. *strictē* pro eo, quod re con-
tingenter predicator. Ita sumitur in pra-
fenti, quando constituitur quintum pra-
dicabile: unde in hāc acceptione voca-
tur *accidens predicabile*.

§.8. Accidens *predicabile* & *praedi-*
camentale differunt: 1. quia quoddam
accidens *predicabile* non est accidentis
predicamentali, sed substantia, v.g. si di-
co: *poculum* est *argenteum*, *predicatum*
est accidentis *predicabile* *reflexū subje-*
cū, & tamen substantiam norat. 2. Acci-
dens *predicamentale* non semper est acci-
dens *predicabile*, v.g. color est accidentis
predicamentali, & tamen respectu
albedinis non est accidentis *predicabile*,
quia eius essentiam ingreditur.

§.9. Separatio rei ab alio est vel 1. *po-*
sitiva, quando res separata in naturā re-
manet; 2. *privativa*, quando res separata
post separationem esse definita. Nullum
accidens, quod simul est *predicamentale*,
est separabile positivē, seu separatione
positivā, quoddam tamen privative est
separabile, v.g. albedo charta, nigro co-
lore astulo.

§.10. Aliud quoq; est, rem a subiectō
abesse posse, & aliud, rem a subiectō, cui
inest, separari posse. Omne accidentis a
subiectō abesse potest, id est, rei essentia
salva maneat, etiam si abesse accidentis;
non tam omne accidentis, potissimum ali-
cui subiectō inest, ab eo separari potest,
maneat scilicet *immediato* seu eo, cui
immediatē inest v.g. nigredo à corvo ab-
esse potest, quia ipsa absente, corvi essentia
non destruitur. Hinc testatur experi-
entia, albos dari corvos. Ea tamen ab eo
individuo, cui inest, separari nequit, ma-
nentibus scilicet pennis, quibus nigre-
do immediata inheret; quanquam aliquo
corpo induito ad tempus possit
occultari.

AD TAB. III.

§.1.

*U*nivocaprius tracto, quam *equívoca*,
qua hōrū tractatio ob analogia pla-

res habet difficultates. *Synonyma* a. sunt
vel *logica*, de quibus agitur in *Logici*; vel
grammatica, que sunt plures voces idem si-
gnificantes, ut *enīs* & *gladius*. Dicuntur
etiam *Multivoca*, seu *Polyonyma*, item *irregulari-*
voces, *equivalētia* &c.

§.2. *Vox* *vox* sumitur 1. pro re per se
exilente, 2. pro rei essentia. Hinc quia
reddi solet per vocem *substantia*, factum, ut
& haec illis duobus modis capiatur. In
definitione univo corum sumitur pro es-
sentiā, & sic substantia seu essentia ratio
& conceptus idem est, ac definitio, ita ta-
men ut per eam non praeceps perfecta o-
mnibusq; numeris *absoluta definitio* in-
telligatur, sed & sub ea *descriptio intel-*
ligenda veniat.

§.3. Ut nomen aliquibus idem sit, non
sufficit literarum identitas, sed & eadem
grammatica accidentia requiruntur, v.g.
vox sit iudeum declinationis, & generis,
syllabæ sint eiusdem quantitatis & eun-
dem habeant accentum. Quare homo
improbus & arbor respectu vocis *malus*
propriè loquendo non sunt *equivoca*,
nam quando *malus* de illis dicitur, pro-
priè non est una & eadem vox, quia primā
syllabam jam longam jam breve habet,
femininam jam, mafculinam genera-
ris est.

§.4. *Equivoca* apud *Aristotelē* su-
muntur non unquam *late*, pro iis, que ha-
bent idem nomen in diversā significatio-
ne; deinde *strictē* pro iis, quia ita nomen in
diversā significazione habent, ut non sint
similis analogia. Prior acceptio in *Ante-*
predicamentis usitata est, posterior 4. *Me-*
tab, c.2, reperitur. Si *equivoca* strictē su-
muntur, per se patet, analogia sub iis non
contineri: quod si tamen late accipiatur,
analogia ad ea pertinet. Probatur hoc
1. autoritate *Aristotelia*, qui i. *Ethic*, c.6, ana-
logia inter *equivoca* numerat, 2. ratione
ex definitione definitiā. *Equivocon*
enim definitio ex ase convenit analogis,
ut pote quæ *comune nōmē* habet in aqua-
liter, adeoq; in diversā significatione.

§.5. *Lata* *analogorum* acceptio recte
quidem impugnari, iuxtam qvum com-
muniter ferē sit recepta, abrogari poterit:
quare & nos cā retinebimus. Rem ipsam
feri naturam analogorum quod concer-
nit, ea plurimis est referita difficultatib,
inde ut videatur natis, quod *Aristoteles* ea ex
professo nō declaravit, & Latini comuni-
ter (& recte quidem) ente unum conce-
putum objectivū tribuant, & tamen cū *A-*
ristotele pro analogo habent. Quia itaq; &
in hoc *Aristotelē* sequi, & tamē simul uni-
tatem conceptus in ente defendere vo-
luerunt, hinc non poterunt non mon-
strofas doctrinas proponere, ita ut non
nulli aliquando nec ab aliis, nec a seipso
potuerint intelligi.

C. 2

§.6. Ut

§.6. Ut paucis, quid statuendum videatur, proponam. Analogia (late & vulgariter accepta) in genere sunt, que idem nomen habent inequaliter, ita ut id uni primariō, alteri secundariō conveniat. Patet proinde, analogia idem nomen in diversā significatione habere: nam quicquid in eadē significatione prædicatur, illud ubiq; idem importat, adeoq; non primariō alteri, alteri secundario, sed æquè convenit iis, de quibus dicitur.

§.7. Dispescuntur in analogia proportionis & attributionis. Analogia proportionis satis declarantur in Tabulā. Unum addo: Analogia seu proportio strictè & propriè accepta. ut *Vofl. A. Institut. Orat. c. 6. Sch. 2.* docet, differt à similitudine, ut angustius à latiori. Similiudo enim alia *simplex* est & inter duo locum habet, v.g. inter Socratem & hujus pīctūram; alia *geminata*, quātor requiriens terminos, ut sunt *pratum, vivere, homo, rideare*. Hæc similitudo dicitur *proportio* & facit analogia proportionis; simplex vero tantum analogia attributionis facere potest.

§.8. Analogia attributionis, ut *ös. 7v. 7w.* dicam, illa sunt analogia, quibus commune nomen absque proportione attribuitur. Hæc confituntur duplia: *attributionis intrinseca* & *extrinseca*. Analogia attributionis intrinseca dicuntur, quibus ratio per nomen commune importata, convenit intrinsecè. Quæ definitio minus rectè à multis declaratur. Putam enim analogia intrinseca attributionis ita nomen commune habere, ut etiam *idea plani conceptus* per id importetur. Hinc dicunt, enī habere unum conceptum obiectivū & tamen analogicē dīci de substantiā & accidente, de *Dō* & *creaturis*. Verūn hanc doctrinā est contradictionē, facile ostenditur. Si enim per nomen commune idem conceptus importatur, nulla relinquitur inqualitas, quæ tamen analogis est essentialis. Implicat proinde contradictionē, aliqua esse analogia, & tamen tale commune nomen habere, quo idem conceptus importetur. Et hoc est quod analogia attributionis intrinseca, dicto scilicet modo declarata, non dari, alibi cum *B. Stevogtis* defendi.

§.9. Videntur tamen admittenda esse alia analogia intrinseca attributionis, quibus sc. ratio importata intrinsecè convenit, ita tamen ut ea non sit *planū eadem* in analogatis. Soler enim fieri, ut aliqua ita inqualiter nomen commune habeant, utid in uno plures perfectiones importet ac in altero. De hī *Scherbus Theff. Philos. Disp. 10. 5. 37.* (quem tamen ibid. nō in omnibus sequor) ita: *in quibus primariis*

illud eximū, omnibus, numerū est tale, cetera sunt etiam talia, sed imperfectiō, paucioribus, numerū: oībi gratiā, demonstratio. Nam quantiū oīri est demonstratio sit imperfectior, & paucioribus nos predīta: est tamen demonstratio. Sic civis dicitur primariō de cive democratico, qui civis est in summā perfectione, de aliis autem dicitur secundariō, & ita ut non importet omnes perfectiones, quas importat, quando de cive democratico dicitur, & tamen utriusque convenit intrinsecè. In hisce ergo, quod importatur per vocem analogā, dom de secundario analogato dicitur, importatur etiam, quando de primariō dicitur, non contrā, sed plus importatur, quando de primario subiecto dicitur.

§.10. In Tabulā tantum analogia extrinsecè attributionis definita cum *B. Stahlio in not. ad Horn.* Præprimis autem circa illam definitionem notatu dignum est, aliud esse, nomen commune convenire ei, quod ab altero dependet, & aliud: id convenire alteri *ob dependentiam*, seu propter, quia dependet, v.g. homo de patre non tantum, sed & de filio, qui à patre dependet, dicitur, non tamen propter dependentiam, sed propter essentiam suam, ob quam filius homo diceretur, etiam si à patre non esset. Similiter ens dicitur de *Dō* & *creatūrā* ab eo dependente; de substantiā & inde pendente accidente; non tamen ob dependentiam, sed ob propriam essentiam seu existentiam. Præcisā enim omni dependentiā, acciden& creatura ens est, & hōc ipsō quidem, quod existentiam habet. Sed fanum dicitur de urinā ob dependentiam ab animali fano, cuius fatimātū indicat, & nisi ab eo dependet, fana non esset.

§.11. Non tantum dependentia, sed aliud quoq; respectus analogia facit. Sic dominus dicitur de domo in mente, qui respicit veram domum *tanguam obiectum*. Sidera animalium, aliarumque rerum nomina gerunt, quia pinguntur talibus figuris, quæ illa tangunt obiecta respiciunt. Et hoc est, quod similitudinem simplicem analogia attributionis facere, dixi s. 7.

§.12. Derivatio in genere importat, ut plus in eo sit, quod derivatur, quām in eo, à quo alterum derivatur. Hinc vox illa ab alterā derivatur *grammaticē*, que pluribus literis vel syllabis constat, *logiē* vero derivatur, quæ plus importat seu significat, quām altera, v.g. albedo ab albo derivatur *grammaticē*; album ab albedine *logiē*, quia album præter albedinem etiam subiectum importat.

§.13. Quod *7o* significare sumatur interdum *late*, interdum *strictè*, ad *Tab. A.* dicetur: ex quā doctrinā est cognoscere, denominativum *late* loquendo, duo si-

gnifi-

gnificare, subiectum & formam, adeoque significatiōne differre à voce denominante, ntpote quæ tantum formam importat; sicutē verò denominativum unum habere significatum, & connotare alterum, adeoque cum voce denominante convenire significatiōne.

§.14. Aliud est, genus, speciem vel differentiam esse; & aliud, predicari ut genus, vel ut speciem, vel i differentiam. E.g. animal, homo, rationalis, sunt genus species & differentia, nec tamen deo pradicantur ut genus, species & differentia, quia Deo non convenient esentialiter, quod tamen ad ista pradicabilia requiritur. Similiter aliud est, predicari proprium, & aliud, predicari ut proprium, v.g. divisibilitas, quæ est proprietas quantitatis, prædicatur ab albedine, non tamen ut proprietas, quum ei non conveniat necessariò, & ut primo subiecto. Tandem aliud est, predicari accidentem, aliud, predicari accidentaliter, v.g. coloratum est accidentis, sed de albo non predicatur accidentaliter. Eadem distinctione adhiberi debet ad denominativa. Aliud est, predicari denominativum, & aliud est, predicari denominative, i.e. accidentaliter.

§.15. Omne itaq; denominativum prædicatur denominative, sed non semper. Quare defero eorum sententiam, qui omne ad fidicium denominativum esse volunt. Irrationale enim v.g. de nullo prædicatur denominative, adeoque denominativum non est. Dicis: differentia est extra essentiam generis, ergo deo prædicatur accidentaliter & denominative. Sed nego consequentiam. Ut ut enim differentia est extra generis essentiam, quando tamen de eodem prædicatur, non dicitur de eo, ut genus est, sed quatenus supponit confusè pro specie ita, cui differentia est esentialis. Coufer, Stahl, quæst. 100.

§.16. Ex altera divisione auteprädicamentali definitur definitiones substantiarum & accidentis. Objectiones & responsiones varias vide apud Stahl, quæst. 23. Novas tamē illi malunt querere definitioes, prætententes, limitationes vulgares non esse ad mentem Aristotelu. R. 1. plerique ex Aristotele deduci possunt. 2. quæ in Aristotele non habentur, non sunt contra eius principia & magistrum, natura lumen. 3. Sufficit, per illas limitationes Aristotelu doctrinam declarari, naturam item substantia & accidentis ita delineari posse, ut nulla veritati inferatur injuria.

§.17. Ad doctrinam de abstracto & concreto legi potest mea de diffinitione disputatio & que infra, ad Tab. II. dicuntur de significatione. Concretum diversimodo importat subiectum & formam; hanc distinctionem, illud confusè; quare merito

formam principale, subiectum minus principale significatum dicitur. Præterea tamen importatur modus quo formæ subiectæ convenit, seu habitudo formæ ad subiectum, que modus concretionis dici potest, cujus nimia diversitas facit, ut ab eadem formâ divertissima descendant concreta, v.g. lignum & lignens, videns & visum, homo & humanus, aureum & auratum.

§.18. κατηγορία apud Græcos usitate significat accusare; Aristoteles tamen hanc vocem pro predicare usurpat; & κατηγορία, que alias accusationem notat, pro classe rerum, quarum una de aliis predicari potest. Nati inde alii quoque sunt termini logici, προκατηγορία, πρικατηγορία, terminus categorematicus seu categoricus (quāquam κατηγορία, i.e. interpret. c.l. §.4. aliter, & quidem pro predicato sumatur) item syncategorematicus terminus seu syncategorema; estque ut patet, categorematicus i vocis nihil aliud, quām prædicatio & syncategorematius, comprædicatio.

§.19. Faciliorem categorematicis definitionem adhibeo in hac editione. Id definuit aliqui: quod per se subiectum verbi personali vel prædicatum nomine recti esse potest &c. Sed his additionibus non est opus, quum non possum esse subiectum verum & explicitè positum, nisi adiut verbum personale; nec prædicatum, nisi nomen rectum subiectatur. Est & hoc addendum, terminum in praesenti non sumi, scilicet pro predicato aut subiecto, sed late pro voce significativâ, nam terminus syncategorematicus scilicet terminus non est.

TAB. IV. DE PRÆDICAMENTIS IN GENERE.

§. 1.

Prædicamentum sumitur usitatè pro rerum classe, interdum tamen pro summo ejus genere. De voce Categorie vid. s.s. capite preced. Vox Elementi sumitur nonnunquam translatitiæ. Quia enim, inquit B. Stahl, in Metaph. Tab. 8. elementum proprium & inveniibile est in diversis species, & ex eis cetera consistant, translatum est non nomen elementi ad omne id, quod unum est ac parvum, & ad multa utile. Hinc Boëthius prædicamenta vocat elementa, quia sunt classes parva juxta ac utiles. Nam genera & differentiae, cum speciebus & individualiis in illis congeruntur; ut exinde esentialia rerum prædicata cognoscere, eas definire, de quæ illis disputare possim factius.

§.2. Placuit priscis, non omnia in prædicamenta congerere, qua mente conceipi possint, ut in Tabulâ doceatur.

Quam

Quam doctrinam non recipimus eo sensu, ac si predicatorum limites nec extendi, nec coarctari; numerusque nec augeri, nec minui possit. Quia enim de numero & nonnullorum exclusione ex predicationis dici solet, hypotheses sunt ab humano arbitrio pendentes, & facile, si utilitas inde speranda, mutabiles, v.g. possent dux constitui classes, entia altera, altera non entium; vel substantiarum altera, & altera accidentium: Substantia posset dividiri in classem substantiarum simplicium (in qua Deus continetur) & compoistarum; Accidentis in predicatione accidentis aboluntur, & respectivi. Mutari ergo posset predicatorum numerus, ut appareat, si opus esset; non tamen debet. Recepte enim hypotheses absque praeferenti causa? quae & in praefatis deest? inutile non sunt.

§. 3. Dicis: I. requiri ad predicationem genus aliquod sumnum. Refp. Concedo. Est autem genus vel sumnum absolute & simpliciter, vel sumnum secundum quid. Jam in sapientiam est arbitrio constitutre in predicatione genus vel absolutum, vel secundum quid tantum sumnum.

§. 4. Dicis: II. Ens & accidentis non sunt univoca, E. nec genera vera. Refp. Antecedens nego. Enis conceptus unus est. E. id predicatorum univoca. Accidentis definitio omnibus accidentibus veris convenient ex seculo.

§. 5. Dicis: III. Deus est simplicissimus. E. genus non habet, E. in nullo predicatione est ponibilis. Refp. Simplicitas non excludit compositionem rationis, qualis est composite ex genere & differentia. Deus est spiritus, substance & ens; que de eo & creaturis in eadem significacione, ac in quid & ut genera predicantur: adeoque ipsi non repugnat: ponit in predicatione. Confer. Ziefeld, diff. Antipol. pro Phrl. Spec. 1. 6. 33. & seqq.

§. 6. Ens per se & per accidentis definire difficultissimum est; ut aliquo modo delineantur, secundum, entia per se esse, quia nec ex diversis entibus completis, nec ex rebus diversorum predicatorum consonant: v.g. homo, animal, petrus, albedo &c. Sed homo aliis non est ens per se, quia ex homine & albedine, que diversorum predicatorum res sunt, constat: similiter nec communius lapidibus, qui ad idem quidem predicationem pertinent, diversa tamen sunt entia completa.

§. 7. Infinitum duplex potest concipi, aliud 1. ratione quantitatis, ut infinitum sit, quod infinito quantum & extensum est; tale infinitum nec datur, nec dati

poteat, sed cuivis quanto potest aliiquid addi, adeoq; omne quantum finitum est: 2. ratione essentiae, quod in se omnes perfections habet sine omni imperfectione. Hoc modo solus Deus est infinitus, & proinde excludit ex predicationis, excepta hypothesis, quam non rejicit, modò addatur, eam humani esse arbitrii, & divinae essentiae non repugnare, esse sub genere, adeoq; in aliquo predicatione ponibilem, ut§. 5. indicatum.

§. 8. Per entia plena intelliguntur completa. Est autem incompletum illud, quod est ordinatum ad aliud ens comprehendendum: & completum quod non est ordinatum ad aliud ens comprehendendum. Suntergo completa, quae 1. non sunt partes, entis per se, & 2. non sunt in natura ordinata ad hoc, ut sint partes. V.g. materia est in completum, sicut & pes, manus &c. Anima separata actu quidem pars non est, tamen ordinata ad hominis essentiam comprehendit, unde incompleta manet.

§. 9. Quando vox una requiritur, non est sermo de unitate ejus ratione materialis, sed ratione formalis, his non de vocis ipsius unitate, quia per se simplex indicatur, sed de unitate significacionis. Requiritur ergo ad vocem in predicatione ponibilem, ut sit univoca & ab eo non habeat diversas significaciones. Quo ipso voces a quoque non simpliciter excluduntur, sed quatenus sunt equivoca. Quando autem ab equivocatione liberantur & pro uno tantum accipiuntur, locus in predicatione iis conceditur. V.C. vox cancer est equivoca, inter species tamem animalis numerari potest. Hoc ipso enim, dum inter illas reponitur, indicatur eam non sumi pro morbo, vel fidebre, sed pro animali, adeoq; liberatur ab equivocatione ibi aliquin convenienter.

§. 10. Excedens & transcedens unum sunt. Potest autem aliquid aliud excedere seu transcendere vel ratione causitatis; quod altero nobilis est in causando, sic causa principialis instrumentalem, & prima secundas transcedit, ratione dignitatis & perfectionis; quod altero dignius est & perfectius: quomodo Deus creaturas & homo bruta transcendit. 3. ratione predicationis, quod altero latius patet & de pluribus predicari potest, quomodo omne superius transcedit inferius. In praefatis intelliguntur excedens ratione predicationis & tali quidem, quod aliquod predicium auctum transcedit, ita utrumque alterum aliquam predicationem conveniat. Talia sex faciunt, quorum litteras initiales in voce Rebus conjugantur. Res, Ens, Unum, bonum, aliiquid, et ceterum, de quibus prolixè agit Armand. de Bello Vi- ffectu, &c. Addenda tamen alia quoque sunt,

funt, perfectum, simplex, compositum, univer-
sa, singulare, principium, principiatum, causa,
causatum &c. que licet non conveniant omni-
bus praedicamentis, possunt tamen de pluri-
bus, quam de rebus unius praedi-
menti dici, quod ad transcendens suffi-
cit.

S. II. Q. ad quam scientiam perti-
neant Praedicamenta? Distinguendum
hic inter accuratam & aliqualem seu su-
perficialem; Item, inter totalem & par-
tialem tractationem. Accuratae praedi-
mentorum tractatio potissimum ad Metaphysicam spectat, cuius est plurima
causa genera considerare. Agit enim
non tantum deente in genere, sed etiam
de decem generibus praedicamentibus,
& qua sub his continentur, abstractio-
nem illius non excidentur. Quia autem
Philosophi primi illam non licet excedere,
ideo nonnulla aliis scientie relin-
quit, Physica scilicet, Mathesi, Ethica &
Politica; & proinde perfecta & exacta
omnium praedicamentorum considera-
cio, non unius tantum est scientie: aut
omnes scientiae in unum sunt confun-
denda. Superficius vero & aliqualis
omnium euntium divisio & declaratio,
commodae ad Dialeticam trahitur, quoniam
& huic aliqualis omnium rerum cogni-
tio seponit suum conducat, & aptior
isti locis non detur. Quare etiam Aris-
totel, in Top. &c. eorum mentionem facit, eaq;
in lib. Categ. qui vulgo ad Dialeticam re-
feruntur, rudi tractat Minervam.

AD TAB. V.

S. I.

MUlti adhuc in definitione substan-
tia vocem subfiliere. Quia tamen sub-
filiere & subfiliens strictè & propriè compet-
tit tantum substantias singulatibus comple-
tis, quae una vox sufficiat dici solent;
ubi autè adhuc in definitione substantia,
late & impropriè accipi debent
pro existere; id est majoris perspicuita-
& improprietas devidenda gratia
vocabuli adhibere malo.

S. 2. Deus est substantia prima, qui
tamen de quavis Trinitatis persona tan-
quam de subiecto dicitur. E. Definitio
substantiae prima est nimis angusta. Rcp.
I. Aristoteles ignoravit mysterium Tri-
nitatis, id est in definitionibus suis id non pos-
sunt respicere. 2. Limitatio commoda
adhiberi potest. Substantia enim secunda
de subiecto dicitur & essentialiter pre-
dicatur, ita ut de alio quoque, quod distin-
ctam habet essentiam, eodem modo sit
praedicabilis. Hinc dici potest, substantia
primaria non posse dici de subiecto,
ita ut & de alio, quod essentiam diversam habet,
predicari possit. Quomodo substantia
prime definitio etiam Deo competit.

S. 3. Substantia secunda continetur
in primâ adū, quia est pars ejus essentia-
lis, v.g. anima est essentia hominis.
Prima continetur in secundâ potentia seu
continentia praedicabili, quia secunda
est latior primâ, & de cā tanquam inferio-
ri praedicabilis. Leg. Sib. Reg. part. i. disp.
12. reg. 6.

S. 4. Malè faciunt qui substantiam
dividendo sic procedunt: Substantia ani-
mata est vel sensiva, ut animal, vel vegeta-
tiva, vel planta; item substantia animata alia
habet animam sensitivam, alia tantum vegeta-
tivam, ut planta. Etenim 1. non tantum
planta, sed & animal vegetantem animam
habet, adeoque est substantia vegeta-
tiva. 2. anima vegetans non est forma
specifica, sed genericā, per quam res in
eī corporis viventis constituitur, adeo-
que nulla planta datur, quae foliam vege-
tantem habeat animam, sed prater eam
dandā sunt specifica, nobis ignota.

AD TAB. VI.

S. I.

Controversia de naturâ quantitatis
moveri solita difficiles magis sunt,
quam utilis. Brevis: I. Quantitatis
ratio formalis non consistit in divisibilitate
& mensurabilitate, quia utraque sicut ex
quantitatibus essentia. Quantitas est cau-
sa, cur aliquid sit divisibile, item mensu-
rabile activè & passivè, i.e. aptum, ut aliud
secundum illud communetur, & illud
secundum aliud commensuretur. II.
Quantitatis ratio formalis non consistit
in impetrabilitate, quia hac per Dei po-
tentiam à quantitate est separabilis;
ita ut diversa quanta in eodem loco esse
possint: essentia autem & ratio formalis
de tolli nequit. III. Quantitatis ratio
formalis consistit in extensione, seu in eo,
quod habet partes extra partes, quod illi
per se primò & immediatè convenient. Ne-
quæ enim quid prius in quantitate potest
concepi, nequæ per aliud aut propria-
liu[m] illa extensionem habet, sicut substan-
tia & qualitas, que extensa est per aliud,
per & proper quantitatem.

S. 2. Triplex terminus in quantitate
continua est distinguendas: 1. Inchoans,
qui est quantitatis principium, 2. Finis, in
quod delimit quantitas, seu ultimum quan-
titatis. 3. communis, qui est indivisibile quip-
pam unius partis finis, alterius inservit.
Nomen habet inde, quia duarum parti-
um, quae in quantitate distinguuntur, unus
inchoans, & alterius finiens terminus est.
Dicis: si terminus communis est indivi-
sibilis, quomodo linea & superficies, que
dividi possunt, sunt communes termini?
Resps. Linea & superficies sunt & divisibili-
les & indivisibilis. Linea est divisibilis

tatio-

ratione longitudinū, indivisibilis ratione latitudinū & profunditati. Superficies est divisibilis ratione longitudinū & latitudinū, indivisibilis ratione profunditati. Fiant igitur termini communes, non quatenus divisibiles, sed quatenus sunt indivisibilis.

§. 3. Dicis: Si linea superficiet & haec corporis terminus est, sequitur quod sint partes, & proinde nec pertinente ad prædicandum, nec nisi corpori oppôsse; ejusdemque cum eo generis species. Nulla enim species continetur in altera specie ejusdem generis. Resp. 1. Linea & superficies, licet non existant nisi in corpore, nec existere possint, sed tantum per mentis operationem distinguenda & separanda sint; ratiōnē rāmen illum ad corpus non involvunt formāliter, adeoque formaliter & in se pfectū sunt completae.

2. Nulla species in altera ejusdem generis specie continetur, continentia prædicabili, seu ut una de altera prædicari posse. Hoc modo nec linea in superficie, nec superficies in corpore continetur, quia linea non est superficies, nec superficies corporis, nec contraria. Aliis tamen continentia modis potest una species contineri in alijs, scilicet v.g. elementa continentur in miso.

§. 4. Corpus sumitur i pro substantiā ex materia & formā compōstū. Sic homo & equus sunt corpora, 2. pro alterā ratiōnē pars, qua ab animā informatur; sic hominē corpore & animā dicitur confitare. 3. pro quantitatē longitudinē & profunditati, quomodo non possum dicere, hominem esse corpus, sed habere corpus & esse corpore præditum; quia tamen significatio in communī loquendis nō solet usurpari. Prima & secunda acceptio ad substantiam prædicamentum; tertia huc pertinet.

§. 5. Ad questionem: quā propriā di-
ctā quantitatē species dentur? sc̄iendum: 1. quod numerus, quia estensio ex multis aggregatum seu ens per accidens, communiter pro propriā dictā quantitatā species non habeatur. 2. Oratio non est extensa per se, sed per accidens, ratione temporis longivel brevis, quo profertur. Ad propriā dictā quantitatā species autem requiriūt, ut per se sit extensa. 3. Locus est propriā dictā quantitatā species, non tamen & superficie distinguitur. Neq; enim intervallū est, ut vulgus olim sentiebat, sed superficies. Univocō proinde & propriā dictā quantitatā species quatuor remanent, līnes, superficies, corpus & tempus: reliquias Aristoteles non ex propriā, sed vulgi opinione annumerāisse creditur.

§. 6. Dicitur aliquid ab aliquo aqua-
le duplicitur, vel 1. tanquam à fundamento,
vel 2. tanquam à formā denominante. A
quantitate dicitur aliquid æquale, tan-
quam à fundamento: ubi enim una est
quantitas, ibi datur equalitas; sed ab

equalitate dicitur aliquid æquale tan-
quam à formā denominante. Quod & ad similitudinem debet applicari, nam res dicuntur & à qualitate & à similitudine similes, ut docetur Tab. seq̄.

§. 7. Distinguitur quantitas in quantitatē mōlis que est accidens per se exten-
sum & propriā dictā quantitas; & quantitatē virtutis & pfectōrum, que nihil est aliud, quām rei pfectio; & non est quantitas propriā dictā, sed tantum per analogiam. Sicut autem à propriā dictā quantitate res dicuntur æquales, item magna, ita h̄z deaominationes per analogiam transferuntur ad quantitatē virtutis, v.g. duo discipuli ejusdem eruditio dicuntur æquales, & Deus maximus, quia summa gaudet pfectione.

A D T A B . V I L

D E Q U A L I T A T E .

S. I.

P radicamentum qualitatis ob tot diffi-
cilitates labyrinthino meritò compa-
rat. Ex ut singula dilucidenter, insi-
tutatio non patitur: sufficiat prouide
utiliora attigisse.

§. 2. Qualitas, ut lib. 5. Metaph. c. 14. vi-
dere est, sumitur interdum latissime, &
quidem, pro omnīo, eā quā aliquid dicitur
quale, i.e. à quo descendit concretum, per
quod aptè responderunt quārenti; qualis
est ſit? Hoc modo substantiarum diffe-
rentia v.g. rationalitas, irrationalitas
&c. dicuntur qualitates generis. Item af-
firmatio & negatio, qualitates enunciatio-
nis. In praesenti qualitas sumitur
ſtrictè pro accidente, à quo substantia dicitur
qualis: quā aliquali descriptio finis
contenti, donec accuratio detur definitio:
in quā tamen inventiā fructū
haec tenus defudarunt Logici & Metaphy-
ſici doſiſimi. Videatur Stahl, in Metaph.
Schelbi, in Log. & Met. cap. de qualitate.

§. 3. Cum essentialis differentia ad
diversas species requiratur, per se patet,
non dari octo qualitatis species, quia ha-
bitus & dispositio, potentia naturalis &
impotens. Patibilis qualitas & passio,
forma & figura non differant essentialiter;
sed quatuor tantum sunt species. De quo
numero videtur subdubitasse Aristoteles
c. 1. Cat. §. 16. Fortassis autem inquit: et
quidam alius qualitatis modus effe videntur: sed h̄
sunt, quā maximē ferē in uia versantur. De
illo tamen bodie non dubitant philo-
sophi, quoniam per tot ſecula non fuerūt in-
venient qualitas, quae ad nullam quatuor
illarum specierum pōsit reduci.

§. 4. Habitus vel acquisitus est vel fa-
tus. Acquisitus dicitur, qui proprio studio
& labore acquiritur. Infatus est, qui ad age-
te supernaturali immediate & ab humano fu-
dia

suo & labore alienū confortur. Acquisitus itaque habitus, si unico interdum acta acquiritur, (ut defendit Horn. L. & Philos. moralis, c. i. §. 15.) ut plurimum tamen comparatur ceteris actibus. Hi vero si-
ve ex nostris proveniente viribus, & sine
naturales, sive sint supernaturales & per
specialem Dei gratiam a nobis pro-
fiscantur, perinde est. Sic hodierna
Theologia habitus acquisitus est, non
obstante, quod ad eam acquirendam
requirantur actus supernaturales, seu tal-
les, qui proveniant a mente Spiritus S.
gratia illustrata.

§. 5. Habitus alius est per se infusus,
qui studio humano acquiri planè nequit, ut
fides; Alius infusus per accidentem, qui si-
ne nostro labore a Deo producitur, ut tamen
indulxìa nostra acquiri posse, sic donum
linguarum in Apostolis infusum erat,
cum tamen multas linguis addiscere,
vires naturae non excedat.

§. 6. Potentia naturalis tribus acci-
pit modis (1.) pro ea, qua libertate de-
stribuitur, & postis omnibus ad agendum
requitis necessariò agit, & opponitur
libera. (2.) pro ea, qua natura viribus sine
speciali concusa Dei in actum potest traduci,
& opponitur obviationali. (3.) pro ea, qua
et natura inf. & opponitur aquifitiae &
adventitiae: sic fumitur h. l. Quan-
quam, quod in Tabula docetur, ad eam
etiam referantur, qua natura non in-
funt.

§. 7. An potentia animarum ad hanc
qualitatib[us] speciem pertinet, norabilis est
quaestio, cuius decisio pender ex aliis:
an potentia animarum realiter differat ab ani-
mabus, an vero non? Utteraque brevi-
tere declareretur, puto dicendum: I. Fa-
cultates alii non differunt realiter ab ipsa
animi. Pofito enim, quod anima sit
prædicta facultatis v.g. intelligendi,
videndi &c. quibus tanquam qualitatib[us]
instrumentalibus actus suos exerat,
necessum tamen est, admittere, quod
anima secundum suam substantiam &
remotis omnibus realiter diversis, con-
veniat potentia ad istos actus elicendos.
Hæc enim nisi daretur, anima etiam
per facultatem superadditam non posset
actum elicer. Quid ergo talis poten-
tia admittenda est, quid opus est no-
vam & realiter distinctam fingere? Sa-
nè sufficiens aliam ab anima realiter
distinctam fingendi fundamentum non
quasi monstrabitur. II. Facultates ani-
mae ipsæ sunt substantia, quia ab anima,
qua substantia est, realiter non distin-
guuntur, adeoque ad predicamentum
qualitatis non possunt trahi. III. Pe-

tentia aliqua videndi, audiendi & alta similes
ad potentiam naturalē pertinent. Consi-
derandum autem, quod facultates ani-
mae alia immateriales & inorganica sint, seu
operentur sine organo corporeo, ut vo-
luntas & intellectus, alia materiales &
organica, quæ corporeo organo indigent
ad actus suos exercendos, ut potentia
videandi, audiendi & similes. Harum
actus elici non possunt nisi adit bona
organis dispositio. Ut ita ad actus po-
tentiarum organicarum exercendos re-
quiratur duplex agendi potentia, una
(ut docet Zesold, l. i. Infinit. Phys. scđ. 3.
§. 262.) dici solet prima, quæ clista fa-
cultas anima ab ipsa sola ratione di-
stincta; altera dicitur secunda, quæ est
aperte organi dispositio, sine qua prima
actum nequit elicere. Prior, quam-
diu anima manet, in eodem manet vigore,
sed posterior potest magis & minus re-
cipere, confortari, debilitari, imo plane
ne tolli, manente priore. V. g. cœcus
care potentiâ videndi, non primâ, quæ
animam sentientem habeat, sed secun-
dâ, seu aptâ oculi dispositione ad vi-
dendi actum necessariâ. Et hæc p[ro]p[ter]ea
de quâ in Tabula loquor, & quia cum
aliis potentias secundis, ad anima actus
exercendos necessariis ad secundam
qualitatib[us] speciem trahi posse, arbit-
ror.

AD TAB. VIII.

DE

RELATIONE.

§. 1.

Non omnis conditio ad terminum
necessaria est terminandi ratio: sed ad
hanc requiritur, ut sit intermedia inter
fundamentum & terminum, seu inter ea in-
tercedat, ita scilicet, ut terminus per fun-
damentum producatur, vel saltem per hoc cir-
ca illam aliquid agatur. v.g. generatio inter-
cedit inter fundamenti & terminum,
inter potentiam generandi & finitam, ut illa ad
hujus productionem concurrat: est pro-
inde ratio terminandi. Sed produc[t]io al-
ibi ad relationem similitudinis inter di-
versa alba est necessaria, quidem, non
tamen est fundandi ratio, quia inter fun-
damentum & terminum non intercedit.

§. 2. Relata à nonnullis duplicita
conflicuntur, mutua & non mutua. Mu-
tua sunt, quorum unum aquæ ad alterum rea-
litem respectum habet ad alterum. Non mu-
tua dicunt, quorum unum tantum realitem
respectum ad alterum habet: v.g. scientiam
nominis cogitare referri ad scibile, sci-
bile vero non referri ad scientiam, &
quod refertur, id à mente comparante
H habe-

58.

habere. Aliqui adferunt exemplum creatoris & creature, & illi realem relationem ad hanc denegant. Cum enim accidentes praedicamentale in Deum, qui simplicissimus est, & omnis compositio nis expersus non cadat, id est realem relationem ei convenire posse putant.

§. 3. Verum hæc doctrina est contradictionis. Si enim ad mutuum respectum non requiritur plus, quād quod importatur in respectu unius ad alterum; impossibile est dari relationem non mutuam. Prus et. E. & posterius Minor patet: Quod enim in una relatione est ratio terminandi, in altera est fundationis, & unius terminus est alterius subjectum, v.g. id quod in relatione patris ad filium est ratio terminandi, est fundatum filiationis, & paternitatis terminus est filiationis subjectum, & sic in omnibus: Ubiunque ergo unum realiter alterum respicit, i.e. ita, ut fundamentum & terminus sint realia, ibi quoque mutuum respectum dari, necessarium est.

§. 4. In specie quod Deum attinet, non est, quod imperfectionem & compositionem in eo admittendas esse metuamus, si realis ipsa relatio adscribatur. Relatio numeratur quidē in praedictis talibus accidentibus, ejus tamen longe alia ratio est, quād ceterorum accidentium. Ea substantia superadditum, mutationem & compositionem faciunt, adeoque & imperfectionem in subiecto important. Sed nihil horum relationum attribui jure potest. Considerandum enim quid relatio formaliter duo importet, unum in subiecto, nempe fundamentum, alterum extra subiectum, quod est terminus relationis: quibus positis, si omnia alia removantur, ponitur relatio. Unde quando oritur relatio, subiecto & fundamento nihil accedit, sed quia extrinsecum requisitum ad relationem oritur, nempe terminus, id est sine nova rei in subiectum accessione configuratur relatio. Sic qui gaudent fundamento paternitatis, quod est parentia generandi, quamprimum oritur terminus, fit pater, ita ut nihil recipiat, nullaque mutatio vel nova complicito in subiecto oriatur. Similiter quando novum album producitur, inter id & aliud album configuratur relatio similitudinis, ita ut in eo, quod ante extiterat, nulla per relationem hanc vel complicito vel mutatione involvatur. Quare cum realis relatio sic se habeat, quid obstat, quo minus in subiecto perfectissimo reperiatur? Conf. Stahl, quest.

24. & 28.

§. 5. Relatio inter subiectum & pra-

dictatum vulgo pro relatione rationis habetur, sed male, quia sine fictione intellectus iis attribuitur. Major difficultas est de relatione inter genus & speciem. Hæc enim non differunt realiter, sed solè rationes; quecumque autem solà ratione distinguuntur, illa certe non possunt nisi per mentis operationem ad se invicem referri. Puto nihilominus, dictam etiam relationem pro reali esse habendam. ubi enim id, quod formaliter per relationem importatur, real est, ibi datur relatio realis. Jam per relationem importatur formaliter fundatum & terminum, & hoc in relatione generis & speciei realis sunt. Ipsa ergo relatio realis est, non obstante, quod ipsa relata realiter non distinguuntur. Et sane respectus generis ad speciem in eo consistit, ut, datâ naturâ de pluribus essentialementer differentib⁹ in quid praedicabili, deetur etiam natura de pluribus numero tantum differentibus in quid praedicabilis; hoc ipsum verò per mentem non est consimile, ut per se patet.

A D. T A B. I X.

§. 1.

P Astio sumitur (1.) pro qualitate paribilitatis, sed cito transeunte: quomodo affectus dicuntur animi passiones (2.) pro rei proprietate & attributis (3.) pro receptione aliqui in aliquo; & pati generaliter est aliquid infere recipere: quix accepit est hujus loci; atque sic passio respondet actio, qua formaliter est nihil aliud, quam potentia activa exercitum.

§. 2. Actio per se est in patiente, tamen quam in subiecto, in agente vero non nisi per accidentem, nempe quatenus idem simul est agens & patiens, v.g. quando intellectus intelligit, intellectio est in intellectu, qui agit, non tamen quatenus agit, sed quatenus patitur. Et sane, si omnis actio est in agente per se & in eamquam in subiecto recuperetur, omne agens agendo moveretur, quod est absurdum, cum deetur agens immobile, nempe Deus.

§. 3. Dicis: Si actio est in paciente sequitur, unam & idem esse capax contrarium adhuc, & per consequens, idem, quatenus est patiens, simul esse agens; quod implicat contradictionem. Resp. N. C. actio enim & passio non sunt contraria actus, sed una motus, una entitas. Nec inde inferendum est, patiens quid tale, esse agens. Neque enim id statim cui

59. cui actio nescit, sed id, à quo actio provenit, agens denominatur. Quid in specie de creatione sentiendum sit videatur apud E. Stahl. q. Log. 27. § 53.

§. 4. Tempus est duratio principium & finem habens, & exanim principium habens, sed finis cariens; aeternitas autem principio & fine caret. Sive ut Scholastici loquuntur, tempus est finita duratio à parte ante & à parte post; Eximia, à parte ante finita, à parte post infinita; Aeternitas, infinita à parte ante & à parte post.

§. 5. In nob̄ aliiquid est vel (1.) repletivè, omnia presentissime replendo, ut Deus (2.) circumscribat, seu ita ut à corpore ambientे circumscrībatur; sic pleraque corpora sunt in ubi. Dico pleriq., cœlum enim & corpora beata excipiēda esse, docetur alibi. (3.) definitivè; sive angelis dicuntur esse in ubi, quia sicut nec ubique sint, nec ait ambiente corpore circumscrībantur, sunt tamen in definito & determinato abi.

§. 6. *Album* dicitur, quod albēdine sufficiēt est prædītum; *albatum* verò, cui corpus album est inductum. Hinc omne albatum est album, non contraria, v.g. homo albus est, non tamen albatus. *Album* reducitur ad prædicamentum qualitatis, *albatum* ad habitum,

AD TAB. X.

§. 1.

Ad prædicamentorum doctrina utilis est, ad naturam prædicamentorum cognoscendam; Postprædicamenta, verò sunt termini, à quorum in prædicamentis mentio facta, declarationem autem post absolutum prædicamentorum tractationem differe, Aristoteles commodius vīsum fuit. Peculiare ergo caput hisce referavīt, ita ut & species, quarum in prædicamentis non memini, simili attingat. V.g. contrariorū mentis injicitione in prædicamentis, hāc occasione Aristoteles etiam alias oppositionis species declarat; docerat, aliquia recipere magis & minus, hinc diversas motus species enumerat.

§. 2. Opposita sumi vel latè, ut sub his disparata comprehendantur, ut strictè, ut disparatis opponantur; in Tabelle indicatur. Opposita alias definitiunt quod sint ea, quae eodem singulari simul & eodem respectu affirmari non possunt. Item: que non possunt esse in eodem subiecto secundum idem & eadem tempore. Hætemen & similes definitiones rigidum examen non videntur posse sustinere. Non convenienti oppositis in strictâ acceptione, quia competent etiam quibusdam dispositis, v.g. *Alno* & *bominī*, qui de

eodem singulari dici, in eodemque esse simili nequeunt. Nec convenienti oppositis in genere, quia quedam disposita in eodem singulari secundum idem esse, deinceps illò dicit possunt, v.g. in eodem melle ei simili *albedo* & *ducedo*, & idem mel ei simili *albem* & *dule*. Addo & hoc, definitiones istæ etiam convenienti dispositis, quæ nullò opponuntur modo, v.g. *Petro* & *Paulo*.

§. 3. Non desunt quidem qui in dividua ejundem speciei opponi dicant. Sed quid id defendi possit, non video. Nec enim enim est, ut opposita pugnant. Non vero sufficit ad oppositionem, aliqua pugnare per accidentia, seu ratione accidentium (v.g. Petrus & Paulus) non opponuntur propterē privative, quia alter cœsus est, ut per se pacet. Requirunt ergo ad opposita, ut pugnent per se & ratione sua essente. Hinc argumentor: *O*pposita pugnant ratione sua essentiæ, sed individua ejundem *peculiaris ratione sua* non pugnant, quia essentiæ alter non differunt. E. *individua ejundem speciei* non sunt opposita.

§. 4. Ab illo reciprocatur essendi consequentia, quod ita inferatur ex altero, ut ex eo quoque alterum inferatur, v.g. à patre reciprocatur essendi consequentia ad filium: nam si filius est, Pater est, & vice versa, si datur pater, datur filius. Ab eo autem essendi consequentia non reciprocatur, quod inferatur ex altero, ut tamen ex eo alterum inferri nequeat, v.g. dato ternario, datur etiam binarius: verum à binario non reciprocatur consequentia, cum posse binarius esse, etiam non detur ternarius.

§. 5. *Habitus* sumitur 1. pro qualitate subiectum in operando facilitante, 2. pro adjacentia corpori alterius, quomodo peccati facit prædicamentum. 3. pro positivo, & privationi opponitur. 4. pro habere, seu habitatione, aliquę ultimum post prædicamentum.

AD TAB. XI.

magi équynæ,

§. 1.

Titulus hic est libri cuiusdam Aristotelici, qui in Organō Categoriarum libello subiungi solet. Équynæ autem, seu interpretatio, ut recte docet Zabari, l. 2. de nat. tog. c. 5. h. 1. non est idem, ac enunciatio, sed è latius patet, chm etiam de terminis simpliciter recte dicatur. Omnis enim vox

H. 2. signi-

significans est & conceptus nostri signum,
& facit indicandum quid mente con-
cepimus. Interpretatio proinde idem est
actio significationis.

9.2. Vox simplex fumitur dupliciter, i.
pro ea, qua nullo modo ex aliis vocibus est
composita, ut homo; 2. pro ea, qua non consistat
ex aliis acto diversis & distinctis. Hoc res-
publica vox simplex dici potest, non ob-
stante, quod ex diversis dictiōnibus co-
luerit. Ita in presenti sumitur.

9.3. Orationis partes non tantum
verbū & nomēs, sed per se clarum est.
Placuit tamen Aristotelēs tantum tan-
quam partes orationis principales,
ex profilo declarare; quem & nos cum
aliis sequut̄, accutiorem & prolixio-
rem partium orationis tracitionem
Grammatico relinquimus.

9.4. Signum dicitur, quicquid aliquid
potentie cognoscendi representat; & significare
est nihil aliud, quam alterum representare,
ita ut potentia cognoscens per id possit
in notitiam alterius rei deduci.

9.5. Signum aliud significat per se,
aliud per accidentem. Per se propriè signifi-
cat, quod ad aliquid significandum est ordinata-
tum. h. m. imago significat rem, cuius
imago est, quia ad hoc ipsum est ordi-
nata, & producta, ut rem representet.
Per accidentem & impriopriè significat,
quod est ab aliquo nescium cum re aliā, in eju-
m cognitionem ducat, ad id tamen nec à naturā, nec
ab alio quoquam ordinatum est. E. g. si quis
in obscuro latens vocem Elīi emittat,
caendicat, hominem adest, seu ducit nos
in cognitionem praesentis humanæ; sed
illa hoc significat per accidentem; quia à
nominē est ordinata ad hoc, ut praesenti-
am humanam indicet, in ejus tamen du-
cit notitiam propterā, quia non nisi ab
homine proficiat solet.

9.6. Alia porr̄ significant vel ex in-
stituto seu impositione humana, vel naturaliter.
Ex instituto significat, quod aliquid signifi-
cat ex arbitrio humano, seu quia visum fuit
hominibus, id ad aliud significandum
ordinare. Ex naturā suā id aliquid signi-
ficat, quod per naturam suam aptum est, in rei
alterius notitiam deducere. v. g. Hedera su-
spensa significat vinum vendibile, non
ex naturā suā, quia hanc significationem
non habet apud omnes; sed ex instituto,
quia visum fuit loci aliquius incolis, per
hoc signum vinum vendibile indicate.
Sed fumus significat ignem naturaliter, ut
pote cuius effectus est.

9.7. Jam quod voces humanas at-
tingit, sunt in triplici differentiā; ali-
propriè & per se nihil significant, ut illā
& similes alia, quas quis pro libito por-
est fingere; alia significant naturaliter, ut
babae, ab, & aliae interjectiones; aliae
deniq; significant ex instituto, sicutq; si-

gna & rerū & conceputū in aliis, &
confer. Horn, inf. 3. Tales vobis sunt
relique septem, & unius partes, nomen,
verbū &c. de rerū voluntaria signifi-
catione optimis horat, in lib. de art. Pōet:

Ut syllabō solis prōnos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum virtus interie-
retas,

Et jurenum ritu florent modo nata, viginti
Multa renescuntur, que iam cecidere, ex-
dentq;

Quae nunc sunt in honore vocabula, si vocet
ujus,
Quem penes arbitrium est, & jus & norma
loquendi.

9.8. Notatum etiam dignum est, quod,
ut se pōe ob vocabulorum defēdū, ali-
isque ob rationes, una vox significatio-
nes novas & primā diversas adaptetur;
ita p̄primitis in nominibus p̄-
tritis id fieri solet. Hisce enim quoti-
diū nova superadduntur significations,
quoties novis ea hominibus imponuntur,
v. g. Johannes antequam Baptista na-
sceretur, hunc non significabat; pōst ubi
hunc imponebatur, novam adipisceret
significationem. Pōst paulo impone-
batur idem nomen Evangeliste; quia iter-
um nova era significatio. Imponeba-
tur pōst Johanni Pontifici puerpera, &
imponitur hodiennum alii atque alii.
Atq; sic idem nomen proprium de diver-
sīs individuis p̄dūcunt, non habet
candens significacionem.

9.9. Voces nonnulla tantum unum
quid important v. g. vox aīo; & quedam
plura, v. g. concretum significat seu importat
subjectum & formam; verbū importat
actionem vel aliud quid, & temporū circum-
stantiam. Quæ diversa non eodem modo,
sed unum primario & principali per, alteri
secundari & minus principaliter importari
seu significari controversiā caret. Di-
co: seu significari. Latēnum hinc vox ac-
cepta, dicunt significari, quicquid in vocē
importatur. Mōendum tamen, quod vox
significare p̄p̄t stricte sumatur; & sic non
omne quod quoconq; modo in voce im-
portatur, sed id tantum quod principali per
importatur, significari seu significatum vo-
cis dicitur. In qua stricta acceptione
si vox significare capiat, ei opponitur apud
Aristotelēm ἡγούμενον, i. e. ad significare,
significari, minus principali per importare.
&c.

9.10. Quid in concreta significetur
& confignoscetur, dictum est Td. 3. Hic
de verbo addendum, quod tempus in eo
confignoscetur. Sunnit autem Tempus hāc
in doctrinā non physicō, pro finita & suc-
cessivā dāratione, sed late, pro quācumque
dāratione, five successiva, five momen-
tanea, five sit eterna, five non. Deinde
Ariffr.

tristis, verbum definitum, stricte id sumit, pro verbō presentis temporis & verbum praeteritū & futuri temporis non verbum, sed cāsum verbi appellat. Ex eis proinde in ente per tempus in definitione verbi est intelligendum tempus praesens, l. de interp. c. 3. §. 3. Quod si vero cum plerisque Logicis verbum latius funere velimus, ita ut id & prateritum & futurum sub se comprehendat, tunc etiam tempus vox latius erit accipienda, ita sc. ut per tempus non quidem intelligatur quodvis tempus, sed primariū, sive, ut communiter loquuntur, non omnis temporis differentia, sed primaria, quae triplices est; praesens, praeteritus & futurum. Ut ita h. l. tempus configurare, sit prater primariū significatum primariū aliquam temporis differentiam importare. Quare v. g. cana & prandium, licer prater edendi acūm tempus, nempe diē differentiam importet, & ita aliquā modo tempus consignificare dici possit, non tamen tempus adsignificare, prout phrasis hac in definitione verbi sumitur. Eadem est ratio vocis tacubatio & similium.

§. 11. Quando Aristoteles dicit, verbi & nominis partes non significare separatim, certum est, dicto hoc aliquam nominis & verbī compositionem excludi, non tamen omnem. Respublica enim est vox composita, & tamen nomen esse non definit. Sic ergo vox simplex, (vide §. 2.) ita composta dupliciter sumitur, 1. pro ea, qua ita est composta, ex diversis dictionibus; ut et in unam coaduerint dictioem & partes unius dictionis facta fuerint, ut, respublika, 2. pro ea, quae consistit pluribus actionibus actu disiunctu & separatis, ut, non homo. Sensus proinde est, nominis & verbī partes non significare ut dictiones, i. e. non esse tales voices significativas, qua significant, ut peculiares & integra dictiones, sed si significant, tantum ut partes dictionis aliquaj composite, priori scilicet modo significare. Per hoc nomen & verbum ab oratione distinguuntur, que conflat dictionibus actu se junctis. Vid. Stahl. q. 29.

§. 12. Verbum nunquam predicatur, semper tamen est nota eorum, que predictantur, i.e. notat & indicat aliquid praedicari, idque fit dubitare vel ita ut verbum id quod praedicatur, in se includat, v.g. Petrus amas, 2. ut verbum fit vox ab eo, quod praedicatur, distincta: hoc modo verbum substantivum in predicti indicativi aliquid praedicari, sed de aliquo dici notat, v.g. Petrus est homo. Quomodo autem hoc ipsum conveniat illi verbo, quod pars subiecti vel praedicati est, dijudicari potest ex Tab. seq. §. 2. Distinguitur verbum per hoc & participio, utpote, quod praedicari vel subiecti potest, non autem notat aliquid de aliquo dicti, quum nec cogula verbalis sit, nec eam in se inclu-

dat, sine qua tamen praedicatione fieri non potest.

§. 13. In definitione orationis, notwithstanding, quod iuxta ultima: ut dictio &c. possint bene omitti. 2. Aristoteles affirmatione & negatione non sumat abstractivū pro actione affirmandi & negandi, sed concretivū pro oratione in quā sit affirmatio & negatio, quemadmodum & praedicatio aliq; similes voces in Logicis solent concretivū sumi. Adeoq; intelliga 2. affirmatione & negationem per *ēdēam*, i.e. enunciationem affirmantem & negantem. In terminis enunciationis etiam datur negatio & affirmatio, sed imperfecta, non dicat: nullam orationis partem significare, ut affirmatio vel negatio; sed aliquam non significare &c. Quo ipso non docet, in oratione propriā dicta enunciationem esse non posse, seu, quod eodem redit, orationem non posse ex enunciationibus constare; sed hoc vult, ut requiri, ut in oratione sit pars aliqua, s. qua sit integrā peculiares & à reliquo distincta dictio. 2. non autem requiri, ut aliqua pars sit enunciatione. Non itaque ad orationem necsum est, ut in illā enunciatione unavell plures includantur, non tamen repugnat ejus natura, ut affirmatio vel negatio in ea continueatur. Vid. q. 30. Bustab.

§. 14. Oratio perfectam absolvit sententiam, quo sensu mens ita exprimit, ut quid aliud vellet, intelligatur, v. g. homo est animal, haec oratio, quid velim declarat, ubi verò dico: N. homo, hoc ipso animi mei sententia non indicatur.

§. 15. Propositio sumitur 1. strictissime, principiū à Ramis pro maiore in syllogismo, 2. stricte, pro premisā in syllogismo, 3. late, ita ut idem notet, quod enunciatio. Secundā dictio acceptioem tertia esse preferendam, adeoque propositionem & enunciationem in eo diffire, quod propositio tantum in syllogismo, enunciatione extra eum reperiatur, ejus nec in Aristotele, nec alibi sufficienter reperi fundamentum. Sanè nomen habet propositio non à preponendo, quasi preparatus conclusio, sed à proponendo, quia per eam animi sententiam proponimus, id quod omni enunciationi convenit. Aristoteles ἀναγειτηκόν λόγον enunciatio oratione & ergo facta propositio non attribuit tales definitiones l. de interp. c. 4. §. 5. 1. Prior. c. 1. §. 4. quarum utraque & premisis & conclusioni aliq; enunciationibus convenit.

§. 16. Definitione posteriori loco tradita ita se habet: Propositio est oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo: que prout jaceat non competit omni enunciationi conjunctivā, v.g. disjunctivā. Competit tamen conditionali, que aliquid, de aliquo enunciari. Videatur, quid eis nimis angusta, si pro generali enunciationis de-

definitione venditetur; & nūlata, si pro categoria tantum enunciatione definitione tradatur. Nec est ut quis dicat: in conditione affirmari aliud vel negari de aliquo cum conditione: definitione autem sensum est, in propositione aliquod de aliquo simpliciter enunciari; adeoq; sic eam conservare categoricas tamen. Dānūrēmī, ut s.l. docetur, categorizq;z conditionalia quoad sensum planēmō differunt, v.g. *per se est animal*, potest commōdē p̄t categorias haberi, & tamen non simpliciter aliud de aliquo affirmat. Hinc ut definitio fieret generalis, omisi ultimās duas particulas.

§.17. Sensus verò est, propositionem esse orationem perfectam que: aliquid perficit affirmat vel negat: quo ipso excluduntur orationes non enunciative.

§.18. Forlān tamē quia: quid in ea sit perfectè affirmare vel negare, vix sine nūgatione explicati potest, latius est, ut alterā definitions: que verò à nonnullis non recte proponitur. Dicunt, enunciationem esse orationem, qua: nūrā vel falsū significat. Contrā iū sic aristoteles non habet, sed: εἰ ἡ ἀληθεία οὐ φύεται νῦνεχι, 2. falso latet præsuppositum, enunciationem per se non esse veram, vel falsam, sed tantum significativę, quarenu si signam veri vel falsi conceptus. 3. Enunciatio manere posset, etiam si signum conceperas humani non esset. + νῦνεχι in infra aristoteli frequenter idem est, ac posse vere predicari seu conservare. Hinc definitionis sensus est: enunciationem esse orationem, que vel vera est vel falsa. Quām hī nonnulli annēcunt distinctionem inter veritatem logican & Metaphysicam, ea nūtūrū hypothēsi falsā, ac si veritas sit affectio entis, & cuilibet rei per se & propriè conveniat. Quām quām falsam esse dudum cum aliis monstraverit. B. Stahlī in quāst. Log. 20 (qui & in Tab. XXIII. Metab., vidēndus est,) cadi illa distinctione & una manet veritas, de quā agit Metaphysicus & quam respicit Logicus. De discriminē enunciationis simplicis & compositis agam ad Tab. de propositione compōsiā.

AD TAB. XII.

§.1.

Terminus est, in quem dissoluitur propositio, ut prædicatum & id de quo prædicatur. Arist. Prior, c.1. Multi tantum priore verba pro definitione termini habent, in quem resolvatur propositio. Sed cum haec suas habeant difficultates, satis est, ut apud juvinores saltem posteriora conjungantur, & ita teneantur, duos tantum esse terminos in enunciatione, strictè loquendo, subjectum scilicet & prædicatum.

§.2. Quod nonnulli subjectum & no-

men; verbum item & prædicatum pro suisdem habent, puerile tērē erratum est. Nam 1. nomen non rāz̄ fit prædicatum, v.g. *bono est animal*, 2. verbum nunquam prædicatur, sed vel prædicatum cum copula in se includit, vel prædicati sui subjectū pars est vel est ipsa copula. Nec caret usū, quod Stahl. quāst. 49. §.10. & 11. docet, quando subjectum aut prædicatum verbum in se continet, tum in illū etiam quodammodo & imperfectē subjectum ac prædicatum esse.

§.3. Frequenter distinguunt inter prædicatum quod & quo, sed in duplice sensu. I. Per prædicatum quod intelligitur obiectum seu res significata; per prædicatum quo, vox qua: prædicatur. Eodem sensu etiam inter subjectum quod & quo distinguunt potest. II. Per prædicatum, Quod intelligitur illa vox, qua: simpliciter & absolute prædicatum est; per prædicatum Quo intelligitur copula, quia est id, quo mediante aliud prædicatur. Atque hinc sit, ut nonnullum verbum, quod copulam & prædicatum in se includit, prædicatum dicatur, v.g. *Id* sensu in hac oratione: *bono* sensu, quia scilicet continent verum prædicatum cum copula, que prædicatum quo salutari solet. Interim ramen stricte & accurate loquendo copula est pars a prædicato distincta. Nam 1. copula prædicatum subiecto necit. E. 2. prædicato est distincta. 2. In conversione totum prædicatum sit subjectum, & tamen copula non simul transponit. E. ad prædicatum non pertinet. Consult. quāst. Stahl. 41.

§.4. Dum autem copula prædicatum & subjectum nescire dicitur, per se patet, non esse sermonem de subiecto & prædicato quibus, i.e. rebus pervoxis significatis, nec de reali & physici conjunctione. Res enim tantum significantur esse conjunctiones. Sed ferme est 1. de vocib; que subiectum & prædicantur 2. de conjunctione grammaticā, seu qua: fit secundum Grammaticā leges.

§.5. Verbum substantivum copula est in solo præsenti indicativi. At 1. in præterito & futuro copulam continet, sed non est nuda copula: 2. in aliis modis acū nec copula est, nec can continet. Unde etiam enunciatione per conjunctivum vel alium modum fieri nequit; sed ut enunciatione fiat ex oratione, in quā modus a præsenti diversus est, in præsente est mutandus. Observandum vero & hoc est, quid verbum est interdum etiā in præsenti non sit nuda copula, sed præterea aliud quid importet. Secundum Calvinianos nonnullum quidem est, ac significat, atq; sic præter copulam importat rationem signi. Verum hoc fundamento caret. Nullus enim nec ex profanis nec

nec ex sacris adduci potest locus; ubi verbum est ita sumi, necessitas postulet. Secundum multorum Philosphorum sententiam, quando in enunciatione verbum est sequitur casus rectus, id interdum importat existentiam vel unitatem, contra quos prolixè disputat Stahl. q.37. Sunt etiam, qui nonnunquam concomitantiam vel existentiam importari statuant, contra quos paucarunt dicenda ad tab. 14. Veram sententiam his propono effatis: 1. Verbum est in enunciationib, in quibus ita casus res eius sequitur, est nuda copula, sed sumitur tantum cum subjecto. II. Quando in enunciatione verbum est plene nihil sequitur, sumitur ut agi factio, seu importat existentiam, v.g. homo est, i.e. est existens. III. Quando verbum est sequitur casus obliquus cum propositione, importat interdum existentiam, interdum dependentiam, interdum aliud quid, ut Lexici docent, v.g. pīpus est in fluvio, i.e. existit; filius est a patre, i.e. dependet. Quia nisi observentur, praedictum enunciationis inventri nequit. Prolixius eadem proposita sunt in diff. modis de copula, que videri potest.

§. 6. Particula relativa duplex est, interrogativa & redditiva, quā responderi potest interroganti: v.g. quantum, tantus: qualis, talis. In presenti per potentiam interrogantem non tantum ea intelligitur, per quam seipso est interrogatio, sed & illa, que interrogativam includit, vel tali equipollitet, v.g. quicquid, includit in interrogativum, quod; quemadmodum equipoller quomodo, ut, quibus possumus interrogare.

§. 7. Disputant: an copula, negatio, si, gna &c. sint partes enunciationis? Id vero cur negari debet, non video. Consideratur hęc enunciatio, ut est oratio ex verbis significativis confata. Cum itaq; hęc & quae in enunciatione contineantur, aequo etiam iure singulis appellantur illius partes. Hęc cui non sufficit, is patiatur tantum doctrina causa dictas particulas enunciationis partes nominari.

§. 8. Admittenda etiam sunt præter universalia, particularia & indefinita, figura singularia, seu singularitatis, que vocem communem pro determinato individuo supponi, significant, v.g. hic, ille, iste. Hęc & alia enunciationem nec universaliter nec particulare facientia habentur pro partibus terminorum, ut in Tabula doceo. Habentur, inquam, fons non sunt. Cur vero hypothetica recepta retinenda sit, alibi cum Deo docebo.

§. 9. Negatio totienenunciationi praefixa non semper afficit copulam. Quando quidem praefigitur enunciationi, signo universalis vel particulari praedita; absq;

exceptione copulam afficit. Ubi vero praefigitur immediatè termino signo carenti, v.g. non homo sentit, potest speculari dupl. citer, 1. ac si pertineat ad terminum, cum quo terminum infinitum constituit; sic non facit enunciationem negatam. 2. ac si à termino sit distincta & per comma separata, h. m. afficit copulam & bene explicatur per hanc formulam: non est verum, v.g. non, homo sentit, sensus est: non est verum, quod homo sentiat. Quia doctrina suum usum inter alia habet in doctrina de contradictione Tabul. 15.

§. 10. Notanter dico: signum simplificiter particulare per negationem prepositam mutari in universale. Alia ratio est signum cum excessu particularis, v.g. non periclit, homines sunt docti. Hęc enunciatio non est universalis, etiam si periclit, cui negatio est praefixa, sit signum particulare: sed est indeterminate quantitatis. Veracis, si omnes homines sint docti, vera etiam est, si omnes cum imo si nullus doctus detur.

§. 11. Doctrina de infinitatione nititur canone illo: negatio negat, quicquid post se inventit, quem prolixè explicat Stahl. q. 47. Negationis scilicet hac via est, ut quando copulam afficit, negat quicquid post se inventit, conjunctum, quando vero apponitur termino, ut nullam afficiat copulam, negat tantum quod sequitur immediatè. Hinc si dico: id quod non est homo album, negatur totus terminus; contraria vero, si dico: non homo album.

§. 12. Doctrina de *præposito genitivo* est definita ex Aristotle t. Prior. t. 38. §. 1. & in Tabula plenius tradita. Diligenter autem observandum, quod *præposito genitivo* vel *absolutè* & *finis relativus particula*, vel cum ead. adhiberi possit, proprieatate diversa ejus sitratio, ut in Tab. docetur. Præterea notandum, quod *præposito genitivo* *absolutè* potius, proprie & strictè loquendo non sit pars predicatori. Quando enim v.g. dico: homo si est sentiens, est animal, de homine dicitur, non hoc tamen: animal, si est sentiens, ut per se patet, sed tantum: animal, quod tamen enunciatur non *absolutè*, sed *sub conditione*. Quia tamen ille in argumentando & aliis consequentiis formandis ut pars predicatori tractanda est, seu ut loquitur Philosophus, jungi, seu referri debet ad praedictum, hinc obtinet loquendi usus, ut vulgo is predicatori pars salutetur.

A D T A B. XIII.

§. 1.

A liud est de aliquo; aliud, ab aliquo enunciare. Ab notat abuentiam & diversitatem; De, convenientiam & identitatem. Utip partes orationis ex instituto significant, ita negatio apud Latinos peculiariter habet; est scilicet natura malignitatis, & delruit omnia, etiam ea, quia sunt sibi generata. In ceteris linguis tollit tantum affir-

Affirmationem & alii particulis negantibus non obicitur.

s.3. Indefinita quodam sensum & materialiter semper vel est universalis, vel particularis, formaliter tamen non est talis, quia signo caret; ideoque ab universalis & particulari specie distinguitur, ramus frustra contradicentibus.

s.3. Exempla tria posteriora enunciatio-
na singularis possunt cedere aliena. Sed Resp.
(1.) ex recepta hypothesi signum omne col-
lectivum acceptum est pars subiecti: quia
ergo subiectum hoc totum est: o elemen-
ta, quod non potest dici de pluribus scien-
tia, ut universalis, id est pro singulari,
quam pro universaliter termino, potiori ha-
beat iure; ideoq; ipsa enunciatio non
universalis sed singularis est. (2.) Utro &
animal quatenus personales supponuntur,
predicant ut universalia, quatenus vero
pro ipsa natura communis supponuntur,
singularia naturam induant, & de pluribus
dici non possunt, cum natura communis ho-
minis & animalis non nisi una sit. Quia
ergo in posterioribus exemplis hunc modo
supponuntur, ideo eas propositiones
singulares esse, merito statuitur.

s.4. Sed refutat crupulus; si Tō
multum & paucum nec signa universalia, nec
particularia sunt; si item vera sunt, que ad Tab.
p. 100. difficiuntur, de his propositione:
non plerique homines sunt docti, & famili-
bus, sequitur, & denunciations, que nec uni-
versitatis nec particularis &c. sibi quod visio-
re & communi sententiis adversatur.
Resp. 1. Enunciatio signo indebet
pradicari post redi ad indefinitas, quia
quodam sensum vel universales vel particu-
lares sunt; & different ab indefinitis
communiter sic dicunt in eo tantum,
quod hic addito signo universales vel par-
ticulares fieri possunt; illae vero tales
redduntur alio signo in locum indefiniti
substituto. 2. Videatur nihilominus obje-
ctio hoc probare, licet omnis affirmat ad
quaternarium istum numerum reduci pos-
sit, quodam negantur, que sub eo non
contineantur.

AD TAB. XIV.

s.1.

Essentia est primus rei conceptus, seu id
quod primò in re concepitur. Nota
autem, 1. primus conceptus seu primo in
re concepi dicitur, quod non habet in re con-
cepta quid prius, à quo dependat, vel in qua va-
dictetur; v. g. si concipio hominem album,
non est primus conceptus, quia albedo
habet priorem conceptum in nomine,
ipso scilicet humanam substantiam,
cui inest; similiter rufus priorem ha-
bet rationalitatem, à qua dependet. Sed
animal & rationale non habent in homine
quid se prius, adeoque sunt primi eius
conceptus. Ut sic conceptus non dica-

64.
tur primus primitate conceptionis seu quia
primum innotescit, (solam enim conceptionem
rei inclinare ab binis, que sunt extra operationem)
sed primitate objecti, ut Suarez loquitur,
quia in objecção non habet quid se prius.
2. conceptus est vel adaequatus, vel inadæqua-
tus. Hic dicitur, qui non comprehendunt in se
omnia, que primo in re concepiuntur; adæqua-
tus autem, qui omnia includit, que in re primo
concepiuntur, v. g. substantialis, corpus, animalium,
animal rationale seorsim accepti sunt con-
ceptus inadæquati, sed animal rationale,
conjunctionis sumendo, et conceptus ho-
minis adæquatus, quia quicquid in ho-
mione primo concepitur, in animali rationale
includitur & involvitur. Jam essentia
est primus rei conceptus adæquatus, seu
omne id simile & conjunctione sumum, quod in re
primo concepitur. Conceptus autem inadæ-
quatus, ut fungens & differentia, sunt
de essentiis, i. e. sunt particulae de essentiis.
Quando proinde conceptus primus adæ-
quatus vel inadæquatus predicator, ita
ut nihil adjiciatur, quod non primo concepitur, fit
essentialis predicatione.

s.2. De predicatione in quid & in
quale legenda est quesit & stabit. Connotativa
predicatione nomen habet à termino con-
notativo, qui in ea occurrat. Accidentia
enim, quorum neutrum alii eri inest, de se
invicem non possunt predicari in abstrac-
to, v. g. non possum dicere: albedo est dul-
cedo, sed tantum in concreto. Accidens au-
tem in concreto secundum communem
sentientiam dicitur terminus connotatio.

s.3. Non qualiscunque identitas
predicari & subiecti facit predicationem
identicam, sed identitas omnino: Sane in
quibus verâ enunciatio affirmare datur
quodam identitas inter subiectum & predicatum, non tamen omnis est
identica. Subiectum itaque & predicatum
idem debet significare, & quidem eadem
significandi modo. Sicut autem duplex
tunc cognitio confusa & distincta, ita etiam
duplex significatio. Cognitio distincta est,
quando res per partes cognoscitur, sed ita ut
eius cognoscantur partes. Confusa cog-
nitio est, quando res cognoscitur, non cognitis
tamen partibus, v. g. accedente homine à
longinquo, cognoscit aliquid movere se,
adeoque appropinquare animal, non vero
cognoscit statim ejus partes, adeoque
an habeat humanam essentiam, est ergo
non distincta sed confusa animalis
cognitio. Sic vox significat rem confusa,
quando ita tam significat, ut non distincte
exprimat ejus partes; distincte, quando ita rem si-
gnificat, ut distincte ejus partes representet. E. g.
definitio & definitum essentiam re & ra-
tionem eandem significant sed modo diverso;
nam definitum non distincte significat
partes essentiales, quas tamen definitio
exprimit.

s.4. P. 12.

§.4. Prædictio identica constituitur duplex, *nugatoria* & *emphatica*; illa dicitur, in quâ eadem significatio attenditur, ut: *enī est enīs huc, in quā subiectū & predicatu aliis idem notantur*, diversa attendunt significatio, v.g. homo *effōbō*, i.e. caducus, fragilis. Prior est vere identica, posterior seu emphatica tantum *ne* *ce* *de* *ſu* & impropria.

§.5. Causa & effectus in *re* posunt de se prædicari 1. in *concreto*, v.g. *rationale est risibile*; sic est prædictio naturalis, vel contra naturam. 2. in *abstrato*: sic redditur *causalis* & *impropria*.

§.6. Sunt quidem, qui in concomitativa & causalib[us] nullam agnoscunt improprietatem. *Ef[er]e enim terminorum in illis propria significata à parte rei eadem*, v.g. *generazione* reip[s]a non differe à *corruptione*, *preferentia* solis est ipsum diem, & *beatum ex hac via* existit esse ipsum in *vitam introitum*. Verum si accurate res examinatur, facile patet, in his enunciationibus terminorum propria significata à parte rei non est eadem. Ratio est, quia sunt separabilia & potest unum esse sine altero. De generatione & corruptione res est clara. Nonnumquam enim fit generatio, sine corruptione, v.g. quando embrion humanam formam acquirit, generatur homo, ita ut nulla est subiecto tollatur ferma, adeoque nulla sit corruptio. Similiter corrupti potest res, ut nihil generetur, v.g. quando homo corruptum, nihil generatur: quâ de re cum Zabarella alii Philosophi consentire solent. Præsentiam solis quod attinet, certum est, tam per Dei potentiam dari posse, ut dies non sit, cum vel cursus subtrahi, vel aliud impedimentum obici eidem possit. Tandem, licet per gratiam Dei beatè morientes, à nunc beatissim, ita ut mors beata & introitus in vitam eternam conjungantur, posset tamen Deus animarum beatitudinem, per suam absolutam potentiam ad tempus differe, quia ergo patet, inter prædicata ita dari (*separabilitatem*), easq[ue] à parte rei esse distincta, admittenda omnino est improprietas in illis enunciationibus.

§.7. Quarunt eam aliqui in voce EST, quam jam per effici, jam per *concomitantia* explicant. Sed nulla ut eo confugamus, cogit necessitas. Rerius tropus in *prædictio* eis statuit, ita ut v.g. *corruptionem sumatur pro eo, quod concomitant corruptionem*, seu cum eam connexum est; dies pro eo quod efficit diem &c.

§.8. Potest dari prædictio, que partim *intra* se, partim *extra* se fit, quando nempe forma denominans partim est in denominato, parciunt extra illud; quia- lis est relatio, que ut suo loco dictum,

importat formaliter aliquid subiectio in- trinsecum & aliquid extrinsecum. Mixta ergo est talis prædictio: Petrus est Pater.

§.9. Institutum non est, disposita de se prædicari, nominis adjectiva, v.g. homo est coloratus: sed si totam perlustramus naturam, non reperiatur exemplum, in quo ea nomine substantia de se dicant: sed tale per revelatum divinam habetur. Referunt quidam huic: *Pans est corpus Christi, Viuum est sanguis Christi*, quem non Scriptura sed Ecclesiastica sunt, & quia inter subiectum & predicationem non datur unus personalis, ab illis, quae de Filio Dei formantur, diversissime. Unum addo; prædictio instituta non est per omnia instituta: Sed est instata, ratione forma, dum est singularis, affirmativa &c. Ratione materia est partim usata, quia est accidentialis, & prædicatio non est de essentiâ subiecti, partim instata, quia duo disposita de se prædicant modo plane singulari.

A D TAB. XV.

S.1.

Affectio enunciationis duplex consistit, potest, aboluta & respectiva. Aboluta est, que enunciationem in se & sine respectu ad aliam enunciationem, talis est quantitas & qualitas. Respectiva est, que convenit enunciationi cum respectu ad aliam enunciationem, tales sunt quinque illae, de quibus in presenti agitur Tabula, quas vulgo Logici intelligere solent, quando de enunciationis affectionibus agunt.

§.2. Definitio oppositionis generalis est, & convenit etiam oppositioni enunciationis composta, sed requirit ex artifice allata primaria concernunt categoriarum oppositionem. Ad eam requiriatur, ut propositiones (1.) sint eiusdem de eodem, i.e. utrobius idem, quod vocem, fit subiectum & predicatum, (2.) secundum idem, i.e. non intelligantur de diversis subiecti partibus; quod requiriatur deest, si dico: *athios* (quoad denates) est *albus*, *ethios* (quoad corpus) non est *albus*, (3.) *ad idem*, i.e. non habeatur respectus ad diversa extra subiectum. Adeoque hoc & præcedens requisitum non est positiꝝ explicandum, h.m. ac si semper & de parte quādam sermo esse, & respectus fieri ad idem debeat. (Neq[ue], enim omne subiectum partes habet, neq[ue] omne prædicatum respectuꝝ est fed negativē h.m. Non esse respectuꝝ diversa partes, si subiectum partes habeat, quarum respectu ei prædicatum attribuantur, nec debere respectum esse ad diversa, sed ubi respectivum prædicatum est, respectum fieri debere ad idem. Requisitum hoc deest, si dico *dau* *sunt dimidium*

66.

(duo respectu quatuor) duo non sunt dissidium
(respectu quinq) (+) similiter, absque
equivocatione (5); de eodem tempore: non
est sensus, eas eodem tempore debere
proferri; sed eas loqui de eodem tem-
pore.

S. 3. Oppositiō distinguitur in for-
malē & virtuelā. Formalis definicūt
in Tabula; Virtuelis est quando non secun-
dum regulas logicas opponuntur, proferuntur tam
enī taliā, que simul esse & vera esse non pos-
sunt; adeoque ex iis per bonam consequen-
tiam enūcūtiones verē oppoſitio
elici possunt. Talis datum x. inter dā
enūcūtiones, v.g. homo est rationalis, homo est
irrationalis; pugnant haec, quodam sensum,
& tamen utrāque est affirmans, quod in
verā oppoſitione locum non habet. Da-
tureātā z. in una enūcūtione: quando
sufficit tales conjunguntur, vel de se predicanter
termini, qui simul esse non possunt, v.g. homo
est animal immaterialis, homo est incorpo-
ratus; hēc dicitur contradic̄tio in adjecto, quia ad-
iectum cum termino, cui additur vel de
quo prædicatur, stare nequit.

S. 4. De speciebus oppoſitionis
disſensūt est inter Autores. A nonal-
lis subalterna pro oppositis habentur, sed male, quia non pugnant, sed lape simul
verē sunt. Quidam quin numerat spe-
cies oppoſitionis, contraria, contradic̄toria, subcontraria & singu-
lariorū oppoſitionē. Nō sex aristotele tres
adducimus, ita tamen ut cum eodem au-
to tantum pro aeris oppositionibus ha-
beamus. Subcontrarias enim non esse
verē oppositas patet inde quia ad oppo-
ſitionem requiriunt pugna, id est ut oppo-
site non sint simul verā; at subcontra-
ria simul verā esse possunt, & ratiō est,
quia 2. loquuntur de diversis, ad veram
oppoſitionem autem requiriunt ut ferme
sit de eodem, v.g. Quidam homo est do-
ctus, quidam homo non est doctus, in his non
est sermo de uno eodemque homine, alias
simul verā non essent.

S. 5. Dicis: subiectum idem est, nempe
hominem. Resp. Est vox idem, non reip̄z,
quia vox homis non supponitur utrobius
pro eodem, sed pro alio in affirmante, pro
alio in negante.

S. 6. Instas: si requiriunt ad identi-
tatem subiecti in oppoſitione, identitas suppo-
nitionis, sequitur etiam contradic̄toria non esse
reversa oppoſita, quia & in iis subiectum sa-
pt supponitur diversimodo, & pro diversis, v.
g. O. homo est doctus. Q. homo non
est doctus; subiectum in prima supponitur pro
omni humano individuo, in posteriori pro quo-
dam. Resp. Aliud est subiectum suppo-
ni pro eodem, & aliud est supponi, eodem
modo. Potest terminus diversimodo sup-
poni, & tamen idem manere, ut fieri fo-

let in contradic̄toria, ubi subiectum
jam confusa, jam universalia supponi-
tur, & tamen idem manet terminus. E
contrario terminus eodem modo potest
supponi, ut tamen non pro eodem suppo-
natur, nec idem sit: cujus exemplum
datur in subcontrariarum subiectis. Aliud
autem est terminum supponi pro eodem,
& aliud est terminum supponi utrobius
pro totidem. In exemplo allato verum
est, subiectum particularis non supponi-
pi pro toto, pro quo supponitur sub-
iectum universalis, interim tamen ser-
mo est de eodem. Illud ipsum enim quod
intelligitur per subiectum particularis,
comprehenditur sub subiecto universalis,
licet universalis de aliis simul lo-
quatur.

S. 7. Ut redeam ad oppoſitionis
species, pure oppoſitionem singularium
non redit haberi pro peculiari oppoſitionis
specie, sed esse contradictionem. Ratio
est, quisque propriū potest per Elenchūm
impugnari. Elenchū autem habet conclusio-
neū thesi contradictionem. E. etiam si unū pro
positione potest contradic̄tio. Jam vero si
singulari affirmantur non potest opponi, nisi
per negantem singularē, ergo hēc est illius
contradic̄toria.

S. 8. Tandem, quod indefinitas con-
cernit, ex quidem peculiariam formam
habent, non tamen peculiariam oppoſitionem.
Si enim opponuntur unū alia, qui
negationē sibi præsumat habeat, v.g.
homo est doctus. Non, homo est doctus, est
oppoſitio contradictionis. Ubi vero una
est affirmans, & altera ita negans, ut
negatio immediate fieri ad copulam, non est
talis forma, sub qua necquam sit, eas re-
pugnare, v.g. non necessum est ut ha-
beantur: homo est doctus, homo non est do-
ctus, quia utrāque sensum particularē
habere potest. Quod si ergo tales
adhibentur pro oppositis, eas non for-
maliter, tales esse, sed sicut materialiter
& quoad sensum universales vel particu-
lares sunt, ita etiam tantum materialiter
oppositas esse, factum est.

S. 9. Particulares cum excessu non ul-
tra medium, diversas qualitatē enūcūtio-
nes & veras & falsas simul esse posse,
hōc exemplo patet: Quidam homines sunt
docti, quidam homines non sunt docti; simul
vere sunt; quidam tamen supponuntur,
docti dāo tantum homines, quorum alter
doctus, alter indoctus, utraque redditur
falsus.

S. 10. Doctrina de contradictione
satis perfic̄t juxta ac perspicue videatur
in Tabula esse tradita. Addunt nonnulli,
contradic̄tio debere fieri in singulari, seu
ita, ut subiecta sint singularis numeri.

Et

Et ex hoc fundamento respondent ad dubium de his enunciationibus: *O. entia sunt creatae. Quedam entia non sunt creatae.* Harum utraq. falsa est, prior quidem, quia Deus est in creatis; posterior, quia in creatum non nisi unum est. Sunt tamen hæ formatae ad contradictionis regulas. E. contradictionis possunt simul esse falsæ. Ad hoc, inquam, ex dicto fundamentum respondent, non est inter illas enunciations veram contradictionem; quia subjecta in numero plurali ponantur. Sed ruinosum est nomen fundatum. *O. entia sunt creatae, non O. entia sunt creatae*, optima est contradictione, non obstante, quod subiecta in plurali ponantur. Rectius responderetur: universali per talen, quæ cum excepta particuliari, non posse contradictionis formaliter. Et tandem exempla plurima docent universaliter; & particularem cum excepta, qualitate diversas simul falsas esse posse, v.g. *N. homines credunt plerique, homines credunt. N. elementa sunt gravia. Pluvia clementia sunt gravia.* *O. species substantiae sunt materialis. Quedam species substantiae non sunt materialis.* *O. entia sunt finita. Quedam entia non sunt finita.* Talia sexcenta alia possent inveniri, si opus esset. Hx ergo non sunt vere contradictiones; quia tamen simul vera esse non possunt, commode ad contraria reducuntur, utpote quarum leges habent.

s.ii. Cur de *equipollentia* Aristoteles nō agat, est in proctivitudo ratio. Fundamentum enim ejus potissimum est negationis malitias, quæ ac etiam lū similem defuit: qualis in græcā lingua non datur. Distinguendū autem hic est inter propositionem, 1. *omnino* idem, identitatem, 2. *equipollentiam*, 3. coincidentiam. *Equipollentia* generaliter accepta est, quando propositiones aliquo modo diverse unum habent sensum, ita ut id regula logica cognosci posse. Vocatur *equipollentia formalis*, quia propositiones *equipollentes* eam habent formam, quæ cas *equipollere* necessum est. Et hæc distinguuntur in propria talen, quæ est inter tales enunciations quæ idem habent subiectum & predicatum; & in proprieta talen, quæ est inter finitas & infinitas, adeoque inter tales, quæ diversa habent predicata, quæ alio nomine dici solet *Consecutio*. Enunciationum coincidentia vocatur *equipollentia materialis*, etque quando propositiones cunctem habent sensum, non tam in forma, sed in, ut id regulis logicis cognosci posse, v.g. *Materia prima est pura potentia passiva, & materia prima omni actu definitur.* Talis verò non est inter has: *Partes est alba, & albedo est in pariete.* Neque enim res flatim alba est, cui inest albedo, sed illa demum, cui albedo satius inservit, seu ita, ut plus quam dimidiam eius partem occupet.

s.12. Vulgo varias cauetas jubarunt observare, ut consecutio procedat. Sed supervacaneas sunt pleræ. Unica, qua in Tabula proponitur sufficit, que si observetur, & juxta doctrinam superiùs traditam termini distinguantur & rectè infinitentur, res erit in vado. E.g. *Brunus non est animal intelligens, E. brutum est id quod non est animal intelligens.* Homo quantum homo non est albus. E. homo est ī, quæ quantum homo non est albus, &c.

s.13. Multa circa conversionem dubia circumferuntur, que plerique ex jacis suprà fundamētis solvuntur. Sufficiat proinde exempla difficultia atulisse. *N. fluvius est in pīce. E. N. existens in pīce est fluvius.* Nihil est ab omni parte beatum. E. ab omne parte beatum, est ens. Nemo novit omnia. E. N. qui novit omnia est homo. Quicquid non est animal, non est homo. E. non homo est quod non est animal. *Quoddam animal non est animal intelligens.* E. Q. quod non est animal intelligens est animal.

s.14. Conversionem per contrapositionem (quam judice Hornejo primus vocavit Boethius) non tradat ex professo Aristoteles s. prior. c.2. Erat enim sollicitus de iis tradendis, quæ sunt necessaria ad ostendendam syllogismi imperfeciō bonitatem, ad quam conversio per contrapositionem non conductit. Apud cunctem tamen conversionis hujus exemplum reperitur. Top. c.8. s.1. Si homo animal, non animal non homo & additur ibi: *similiter, in aliis.* Tamech verò vulgo una tantum ejus species statuatur, commode tamen, præsentibus *Coniubic.* in cap. 2. l. Prior. q.2. adjicetur altera, in quæ quantitas mutatur, que conveniat A. & E. Nam 1. si universalis affirmante convertit in universalem: ergo etiam vi substitutionis in particularem. 2. Si ex quavis negante universalis vi subalternatio sequitur particularis, & ex particulari negante, per contrapositionem alia particularis. E. hæc etiam ex universaliter sequitur.

s.15. Reflat tamen dubium, quod maximè haec tenus exercuit Logicos, v.g. ha fuit necessaria: *O. vigilans est animal. Quoddam vigilans est animal.* item: *O. ridens est homo, & quoddam ridens est homo.* Ex his tamen secundum præcepta conversionis sequuntur hec contingentes, quæ falsæ esse possunt: *Quoddam animal vigilat. Q. homo ridet.* In bona autem consequentiæ ex necessario nunquam sequitur contingens. E. conversione affirmantium non est legitima. Hoc dubium est gravissimum, de quo solvendo vini non nisi subfelli, è quibus jam unum nemini Stengelium desperarunt.

§.16. Ab una parte stat demonstratio Aristotelica, i. prior. c. 2. §.7. & 8. que haberi solet pro infallibili. Argumentum est tale: Aut converso universalis & particularis affirmanti in particularem affirmantem est bona, aut duo contraria & contradictionis simili possint esse vera. Si enim ex his: O. homo est animal. Q. homo est animal, non sequitur haec: Q. animal est homo. Necessecum est, cum antecedente posse stare contradictionis: N. animal est homo, quod tamen fieri non potest, quia ex hoc sequitur necessariò: N. homo est animal, quod est antecedente oppositum: Vero autem opposita, contra & contradictionis, vera simili esse nequeunt. E. admittendum conversionem affirmantium esse bonam. Schema est tale:

O. b. est a. { Q. a. est b.
Q. b. est a. } N. a. est b.
— N. b. est a.

§.17. Nec levius est fundamentum, quod pro altera sententia adduci potest, & quidé ex natura propriorum tertii modi, de quibus præsens dubium est formatum. Sanè ea convenient omnis soli, sed non semper. Convenientioli. E. necessecum est, ex illis inferri subiectum: Si ridens est, etiam homo est, adeoq; & subiectum de illis necessariò prædicari. v. g. O. ridens est homo, quicquid etiam dicatur apud Conimbric. l. c. q. 1. art. 2. Convenient verò subiecto non tempore. E. non necessecum est, polito subiecto & ea dari, v. g. posito nomine, non necesse est dari risum. Apparet ergo habituidinem talis proprii ad subiectum, & subiecti ad propriū esse longè diversissimam, adeoq; ubi tale subiectum proprium, non necessariò conversionem instituit, ita ut necessaria sequatur convertens.

§.18. Hoc inter dubia aliquip an nos dubius hæsi, donec tandem virtutum in Aristotelicā demonstratione deprehendere vīsus sum. Nititur scilicet illi conversione simplici universalis negantis. Jam si huic opponā ur dubium à proprio tertii modi defactum, v. g. N. homo jam ridet. E. N. jam ridens est homo; prior vero esse potest, posterior vero nunquam est. E. & conversio simplex vacillat. Hic aliter succurri nequit, quam cum Hornejolus Log. I. 9.36. quoties vera est ista: N. homo ridet, tamen vera est: N. ridens est homo; si quid enim tum videat, quām nemo homo ridet, id non esse hominem necesse est. Quid vero inde sequitur aliud: quam in hac conversione simplici universalis negantis consequens non sequi ita, ex vero antecedente ut id simpliciter verum esse necesse sit, inferri tamen ita, ut verum sit cum suppositione antecedenti, scilicet, quando verum sit antecedens. Hoc præsupposito, clarum est aristotelis dubio robur non inesse. Ut enim nostrum exemplum ad manus sumam, vera est: Q. ridens est homo; falsa vero

esse potest convertens: Q. homo videt, verā quē contradictionia: N. homo ridet; ex qua tamen juxta jam factam hypothesin, non potest inferri contradictionia antecedentiis: N. ridens est homo, sed conditionalis: N. ridens est homo, tum, quando N. homo videt, qua cum antecedente itare potest.

§.19. Quid alii respondent, non ignoro, terminos nimurum in enunciatiōne necessariā debere sumi ampliatioē: atq; sic in allatis conversionis exemplis inferri necessariā: Quoddam quod est, sicut, vel erit homo, sicut quod est fuit, vel erit ridens, sicut quod est fuit, vel erit videlicet, &c. Sed regero: 1. ampliatio est nudum Summularum figuramentum, quod suo demonstratiōni loco, 2. posito, ampliatioē non est rejeciendam, nondum tamē dubium est solutum. Nam enunciatio necessariā, etiam si non ampliatur, necessariā est, meoq; in arbitrio est possum, num enunciatiōne ampliatioē intellectam velim, vel non. E.g. O. ridens est homo, hac esti non ampliatur, est necessariā, nec obſtruit eſen, etiam si dareur ampliatioē, eadem ampliare. Ubi proinde talis sine ampliatioē accepta convertitur, sequitur contingens; & sic dubium manet.

§.20. Tandem objectū conversionis per contrapositionē tale exemplum: O. non lapis est non ridens. E. O. ridens est lapis; prior potest esse vera, quando sc. nemo homo ridet; posterior nunquam. Huic respondendum eo modo, quo dubio in §.18. allato: Licet conseqüēnon non sit verum absolute, verum tamen est in sensu, quem habet, quatenus ex antecedente deducitur, qui est conditionatus & talis: Si O. non lapī est non ridens, adeoq; homo non ridet, tum O. ridens, si quod datur, est lapis. De quo vid. Conimbric. l. c. q. 2. art. 2. p. m. 29.

AD TAB. XVI.

§. 1.

Partes enunciationis necessariā duplices a Logicis solent constitui: materialis & formalis. Per hanc copulam, per illas intelliguntur ea, quae copulam connectantur. Hac enim se ad enunciationem habent ut materia. Forma vero dici potest conjunctionē partium; que cum sit per copulam, hæc dicuntur pars formalis.

§.2. Non est nova doctrina, ferè tamē hæc tenus neglecta, orationem eandem pro simplici vel compōsitiōne enunciatio haberi posse, prout placuerit, aut commodum fuerit. Distinguunt enim Summularia inter particulam copulativam, copulativā & copulatīvā acceptām: Item inveniuntur disjunctiōnē & disjunctiōnē acceptām. Copulativa copulativē & disjunctiōnē disjunctiōnē accipi dicitur, quando nedit integras enunciationses; disjunctiōnē & copulativā, quando nudos connectit terminos. (Cujus distinctionis mentio in doctrinā de deſcenſione & ſuppositione est incienda.)

Eoq;

Eoq; ipso enunciationem eandem & pro simplici & pro composita haberi posse, innuunt.

§. 3. Enunciationes in composita interdum non sunt *acta*, sed proxima potestia; ita ut *actu* adlint, *levi* *falsa* mutatione, quod *verbis* modum; v.g. *situ ad fuisse*, frater non *est* mortuus; conjunctivo in indicatiuum mutato, *actu* adlunt dux enunciationes.

§. 4. Particula nisi vel conditionaliter, vel exceptio sumitur. Si accipitur vel i. mere conditionaliter, ut in promissoriis, v.g. si *hoc fecerit*, donabo tibi librum. 2. *Illustratio* & *ratiocinatio*, ita ut particularum inferendi virtute in se includat: v.g. Si Petrus *est homo*, *est animal*; que vis inferendi sive ex primitorum h.m. Si Petrus *est homo*, *ergo est animal*, vel: *sequitur quod est animal*. Hinc propositio conditionalis alia est *pure conditionalis*, alia *finalis* *illustratio* *sen ratiocinatio*. Enunciationes conditionales posterioris ordinis solent in disputationibus occurtere: unde iis, que prioris sunt generis ferre negleguntur, posteriores tractant & respiciunt Dialectici: quos sequi mecum constitui in definitiā enunciationis conditionalis veritate, quum vel non, vel agerim in generali definitiō posse deprehendam, quid ad veritatem enunciationis conditionalis requiratur.

§. 5. Conditionalis nihil ponit in esse vel non esse, i.e. nihil affirmat vel negat, quod in antecedente aut consequente affirmatur vel negatur. Conditionalis *confusa* conditione impossibili interdum equipollit simplici neganti, sive contradicitorio consequentiis, non ex *verborum*; sed *alioquin*. De his regulis, de veritate item & falsitate compitorum prolixus est B. Stahl. q. 6. & seq. De speciebus, veritate enunc. compoſ. &c. etiam egi prolixè & ex profecto in tract. de syll. compoſ. sc̄t. 2. quæ repertere hic nolui.

AD TAB. XVII.

Quæ de modalibus solent doceri, propoſiūtū quā fieri potuit perplicite. Eadem si vitam & vires Deus concederit examinabo & declarabo in peculiari tractatu: quare aliquid superaddere hic su perfedeo.

AD TAB. XVIII.

§. I.

Particula exclusiva triplex ad signo of ſicium, excludendi ſc̄ilicet universali tam, ſubiectum & predicatum. Competit tamen etiā quartum, ut excludat alterius cōexiſtētiā, ſicq; notet ſolitariam exiſtētiā ſ. negationem affiliationem, v.g. *Petri ſolus deambulat*. Huc pertinet quid nos dicimus cum Paulo: *sola fides iustificat*, & hanc pro exclusiā exclusi ſubiectū habe-

mus, hujus ſenſū: *fides iustificat*, ita ut nihil praeter eam in nobis detur, quod a ūni iuſtificandi ingrediatur. Calumniantur vero Pontifici, ac ſi ex mente noſtrā *l'ò ſolus* excludat aliorum ſimilitudinem exiſtētiā, h.f. ſides ſolitaria & ſine operibus exilens, iuſtificans, de quo ne per ſomnium quidem cogitavimus.

§. 2. Hæc enunciatio: *non ſolus pontifices* eſt caput Ecclesiæ, dupliciter potest accipi 1. ita ſi negatio à voce ſolus fit per comma diſtincta, & habet tum hunc ſenſum: *non ſolus veram, quid ſolus pontifices* fit caput Ecclesiæ, quo vera eſt & affirmanti contradicunt, ut dixi in Tab. XV. 2. ita ut negatio trahatur ad particulam exclusivam, eamq; afficiat; ſic habet hunc ſenſum: *Pontificem eſt caput, ſed ſi ſolus, quomodo falſa eſt*, & in Tabula expunitur.

§. 3. Docent nonnulli, particulam reduplicativam acceptam ſpecificatō in interdum necessariam tantum predicatione cum ſubiecto connexione significare. v.g. dum dico: *homo quatenus iſibilis*, ſi *disciplina carpaſ*. Sed rectius dicuntur, utrum loquendi non probare hanc acceptiōnem, eaque propter dictam & similes enunciations falſas eſſe. Quod comparatō dupliciter capiatur propriè & impriſiō, deoꝝ conſequentiā inter eum & poſſiū, de eo confut. Stahl. Regul. part. 2. dif. 17. rig. 3. & 4.

§. 4. Exclusiva exiſti ſpredicati, ubi negatio copula praefiguntur, videtur per unicum exponenda, v.g. *Ariſtotelis non eſt tantum albus*, i.e. *ariſtotelis non eſt ita albus*, ut nullum alium colorē habeat. Neq; enim hæc falſa: *ariſtotelis eſt albus*, in eā, que vera eſt, includitur. Neq; dici potest, cam exponendam eſſe per negantem: *ariſtotelis non eſt albus*. Contrarium enim fuaderet ſimiliſ exclusiua: *Ariſtotelis non eſt tantum doctiū*, quæ eſt vera; in qua proinde non includitur ita negans: *Ariſtotelis non eſt doctiū*, quia falſa eſt.

AD TAB. XIX.

§. I.

Cum ſupponere in famosiōri significa- tionē idem fit, ac in locum alterius ſubſtituere, ideō ad voces etiā trahitur hoc vocabulum, quia pro rebus usurpatur, quæ in disputatione trahi non poſſunt. Ariſtotel. i. Elench. c. i. quoꝝ optimè explicat Stahl. q. alr. Summula & alii indifferenter dicunt: *vox ſupponit*, & *vox ſupponitur*; ſed eum ſupponere non niſi actiuum fit, patet eum latini loqui, qui à paſtiā ejus acceptiōne abſinet & dicit, *hominem ſupponere* ſeu *vocibus pro rebus uti*, *voces autem ſupponi*.

§. 2. Vox ſuppoſita non ſemper pro uno, ſed (ap̄e) pro multis ſimil uti putatur, ut patet, v.g. *homines ſentient*. Natura conuoluta latius patet, quam universali, quia hæc multiplicari debet in iis, de quibus dicit.

dicitur: quod tamen ad naturam communem non requiritur. Hinc *divina natura* est communis tribus personis, non tam univerſalitatis.

§. 3. In voce significativa distinguenda sunt duo: 1. *materialē*, quod est ipsa vox, & 2. *formale*, quod est res significata. Quando i. aq. vox pro *formā* adhibetur, i.e. pro significato suo, est *suppositio formalis*; ubi vero usurpat pro *materialē*, materialis salutatur.

§. 4. Atq. hinc colligere est facile, quod vox materialiter accepta non sit pars enunciationis, v. g. homo, in hac enunciatione: homo est bisyllabum. Nihil enim nisi vox significativa est pars enunciationis. Vox autem materialiter accepta, ut talis nihil significat, sed ita pro seipso. Subiectum proinde in enunciatione adductum non ponitur, explicata, sed relinquuntur subaudiendum, estq; *huc vox*, vel simile quid. Dicis: De quo aliquid dicitur, est *subjectum*, adeoq; pars enunciationis. De homo in adducta enunciatione aliquid dicitur. E. & C. Resp. 1. Major absolute summa est falsa. Objecit de quibus loquimur, v.g. *afnus homo* & *subjecta non sunt*. Sed vox homo est objectum, de quo sermo est. 2. de quo tangamus vox significativa aliquid dicunt, id est subjectum. Concedo. Sed sic nego minorem.

§. 5. *Simplex suppositio* nomen habet à simplicitate, quia sc. vox simpliciter supposita usurpat pro naturā communī, quia una, adeoq; certo respectu simplex quid est. Personaliter autem supposita non pro uno tantum supponitur, sed pro pluribus, & nomen haberet per se, non ac si *semper* vox personaliter accepta, pro persona usurpet, sed quia nobilitas individualis, pro quibus vox talis usurpare potest, sum per sonem vel humanem vel spiritualem.

§. 6. In definitiōne *suppositionis* pro singulari generū genu & species non sumuntur sive & proprii, sed latissimi pro omnino, quod in plura dividitur; quomodo dico, esse *hominum diversi genera*, i.e. ordines, cum homo proprii nec genus nec species sub se habeat. *Stahl reg. part. 1. diff. 6. reg. 2.* §. 5. De *Suppositione*, *definitione*, *statu*, *distractione* & aliis terminorum proprietatis diversas edidi antehac *disputationes*, in quibz vera declaravi, & falsissima multa in vulgarē doctrinā containeri, ostendi: quas cum Deo in formā tractatus denō aliquando prelo subfigiam; unde hāc vice plura non addo,

A D T A B. X X.

§. 1.

Quid *Aristoteles* per *λόγον* intelligat, non operationem, ipse *lib. de interp.* explicat, dum pervoīen significātem definiit. Quin eodem modo vocem istam usurpet in *sylogismo* definitione,

illi non relinquuntur dubium; qui confiderat, que *Scherbius* in *pt. 1. lib. 1. diff. 5.* prolixius exponit nempe *sylogismus mentalis* esse imperfectum, quia non potest esse organum veri *Logicis*, ex mente *Aristotelis*, utpote cuius est *sylogismo* cum altero agere, & disputando vel docendo opinionem vel scientiam acquirere. Ut ita oratio non sit *sylogismi accidentis*, sed perfecta, sine quā ad primarium usum adhibiri non potest. Ex quo fuit & hoc, ex mente *Aristotelis* vocem *sylogismi* esse inter analogia numerandam, dicius *primario de extero & oralis, secundario de interno & mentali sylogismo*, contrā ac docet cum aliis *Recklebenii* in *resol. org. p. 124.* Quemadmodum itaq; analogia non definitum in genere, sed ita ut definitio *primario analogato* conveniat: sic *Aristoteles* non definitivus *sylogismum in genere*, sed *primariam tantum & nobilitatem eius speciem*, vel potius *quasi speciem*.

§. 2. *Quedam in definitione sylogismi* sunt *propositiones*; quarum non exprimitur certus numerus. Neq; enim talis ad *sylogismum in genere* requiritur. Pleriq; *sylogismi* duæ habent *præmissas*, *sortes* tamen, qui *verē sylogismus* est, pluribus gaudent.

§. 3. Ponere male explicatur per *concedere*. Nam 1. ut *sylogismos* formaliter bonus sit, requirunt ut *præmissæ* ponantur, non autem necessarium est, ut *concedatur*, estq; *separatim optimus sylogismus* in quo *neutra* conceditur. 2. *conclusio* sequitur ex *præmissis*: quia he posse sunt. Jam autem *conclusio* non sequitur, quia *præmissæ* *se conceperunt*. Sequitur enim, si *vel maxime* nihil concedatur. *Ponere* proinde non est idem ac concedere, sed idem ac *figurare* & modo *legitime* disporre.

§. 4. *Conclusio* à *præmissis* alia & diversa esse debet, non materialiter, & quoad voces, sed formaliter & quoad *sententiam* ut *aliud in conclusione affirmetur vel negetur*, quam *quod in præmissis affirmatur vel negatur*. Non tantum enim in ea terminus major & minor repetit ex *præmissis* *sylogismi categorici*, sed it nonnumquam ut voces ex *præmissis* aliquā repetantur in *conclusione* eodem plane ordine, quo ibi habentur, fineq; additione & subtractione, in *sylogismo* *scilicet composto*: nunquam tamen id ipsum, quod in *præmissis*; sed aliud *quid in conclusione adfringatur vel destruitur*.

§. 5. *Accidens* in definitione *sylogismi* videtur importare. & *equalem & collectionem*: quoniam utraque est necessaria. Non sufficit, ut *conclusio sequatur*, sed & *infestatur*, neccesarium est. Aliud autem est, *conclusionem necessariam sequi*, & *sequari necessari*, posterius ad *sylogismum requiritur*; non prius.

§. 6. M.

§. 6. *Medius terminus hoc nomen merito gerit propter suum officium, quia est medium & principium cognoscendi conclusionem.* Et etiam medius sit, in primâ fig. i. Prior. c. 4. Conf. Crel. Iag. part. com. l. 3. c. 1. Major inde dicitur, quia plerumque majoris ambitus est, quam alter, qui propterea minor dicitur.

§. 7. *Major propositio nomen habet à maiore, & minor propositio à minore termino, qui in ea cum termino medio coniungitur.* Quia proinde in syllogismo *composito* non dantur terminus major & minor, ideo ejus premissas maiorem & minorem inepit vocari; contrâ verò eam, que naturâ priorem locum occupat, in conditionali connexam, in disjunctivo syllogismo disjunctum & in copulativo copulatum; alteram autem afflant seu affirmationem dici debere contendunt. Has appellations uti non repudianus, ita putamus etiam in syllogismo *composito* premissas alteram maiorem, alteram minorem dici possit. Plerumque enim una quae priore esse solleat, plura in se continet, quam altera. Si ergo in categorico ea propositio commode major dicitur, qua includit illam terminum, qui plexus est latioris ambitus & continentie majoris, quid obstat, quo minus propositio composita ad similem rationem major faleatur? Eadem est ratio minoris: Leg. tract. mei de syllog. compof. scđ. 3. §. 5.

§. 8. *Materia & forma syllogismi* solent duplicitate accipi. Et quidem forma syllogismi sumitur 1. late pro ratione & modo argumentandi, qui usitate dicunt forma syllogistica. - strictè, pro parte forma syllogistica, terminorū scđ. & propositionum dispositio. Similiter syllogismi materia sumitur 1. pro terminorum in syllogismo ad se invicem habitudine, quam vel ex vel ex opinione hominum habent, adeo ut inde vel necessaria, vel probabiles factem enunciaciones nascantur. Et sic opponitur forma in priori acceptio. 2. pro propositionibus & terminis, qui disponuntur in syllogismo, & opponitur forma strictè accepta. Forma enim syllogistica ineditus duo, formam & materiam hoc modo, acceptram. Manet etiam materia eadem in hac posteriori acceptio ne in quo syllogismo categorico, id est, tres termini & propositiones totidem, sed materia priori modo accepta variat, sicut probabilitas jam, jam necessaria; proptereaq; syllogismus est dialecticus vel demonstrativus. In presentia materia & forma accipiuntur posteriori modo. Quando autem alias dicitur, in parte Logice communis de formâ in propriâ de materia agi, termini hi priori captiuntur modo. Add. Stahl. q. 80. - 101. §. 9. Definitionem modi absq; ultimis particularis: in certâ figura, insufficientem esse, erat opinio B. Stahlii. Et sane

modus non datur extra figuram, sed eam presupponit vel connotat. Præterea nisi hac vel similia definitioni addantur, non potest responderi ad hoc dubium: *Liber* est eadem dispositio propositionum &c. ibi est idem modus. Sed in Darij & Davi, in Fezio, Fessino & Ferison est eadem dispositio. E. est idem modus; quod est absurdum. Dicendum enim ad mentem B. Praceptorum, maiorem non est absolute veream, sed limitandam: ubi est eadem dispositio in certâ aliquâ figura; atque sic cadit minor. Datil enim & Darij &c. sunt in diversis figura.

§. 10. *Enunciacionem singularēm*: sicut à veritate, utriversalem vel particularem fieri posse & quidem, modo supra tradito, in communi sententiâ presupponit. Hinc talis indifferenter pro universali vel particulari in syllogismo adhibetur. V.g. talis syllogismus: O. homo est animal. Petrus est homo. E. Petrus est animal. Jam in Barbara, jam in Darii collocatur. Nihilominus tamen id presuppositum non est universaliter verum. Datur enim singulares, que fallere sunt, si redditant universales. V.g. *Essentia divina est Pater, vocamentarium est lignum*, hic enī est fætus, corpus Christi pendit in cruce, ex Maria natum est, est in calce &c.

§. 11. Figura qua in ordine prima existet est prima nobilitate & perspicuitate. Nam i. habet evidentem consequiam, quā coetera deficiuntur. 2. Prima omnis genera conclusiones inferit, affirmantes & negantes, universales & particulares, secunda vero tantum negantes. 3. Tertia tantum particulares colligere potest.

§. 12. Circa primam regulam generalē queritur: quid sentiendum sit de hoc concludendi modo: *Quicquid non est animal, non est homo.* Lapi non est animal. E. lapi non est homo. Resp. 1. Talis collectio non habet legitimam syllogisticam formam; ratio est, quia (a.) concludit ex puris negatiuis, (b.) habet acutu quatuor terminos. Ut enim ex Tabula 12. patet, subjectum majoris est hoc totum: *Id quod non est animal, quod in minore non repetitur,* sed prædicatio est unica vox: animal. 2. Ex vera non quoniam falsum inferitur in tali collectione, virute alieni, illius scilicet forme, quam habet, ubi vera minor fuerit adhibita. Que enim usurpatur, vera minor non est, sed eius vicaria. Subsumendum erat in primâ figurâ: *Lapi est, si qui non est animal.* Quia vero altera: *Lapi non est animal, illi equi vollet, e.g. brevius & magis perspicua, ideo illius vice adhibetur. Leg. Stahl. quest. 46. & mes de syllogismo infinito diffit.*

§. 13. Occasionē datâ, explicanda est nobilitissima & utilissima difficultas. Inter argumentandum adhibentur duplices propositiones syllogisticae. Alia est vera ac genuina, quatenus scilicet forma syllogistica requiri; alia est vicaria, quæ penitus loco vere propositio.

propositionis syllogisticae, propterē quia cum ea
est cūdām sēnsō, cīq; brevior, vel saltem magis
perspicua. Exemplum habuimus in p.
ad ubi negāns finita ponitur loco affirmantis inuitate. Similiter syllogismus
simplex requirit propositiones universales & particulares: fed harum loco sēpē
adhibentur indefinita & singulare. Requirat
ad eum enunciatio summa universalis,
cūjus loco uplurimum talis ponitur,
quaē actu non est summa universalis. In
syllogismo conditionali nihil est uitatus,
quam utrāq; minore & conclusione
omnis& his & similibus utarum formulis:
Prīus est verum. E. & posterius. Falsum est conse-
quens. E. & antecedens.

§. 14. Regula secunda, ut vñlo effe-
tur, dicit quidem, quid non requiratur ad
syllogismum, non autem exprimit quid
requiratur, ut nempe altera premissatum
sit universalis. Alterius autem præmissa
universalitatem ad syllogismum ne-
cessariam esse patet inde, quia dictum de
omni & nullo, quod in quovis syllogi-
smo simplici vel alio vel potentia contine-
tur, universalē enunciationem po-
stulant.

§. 15. Circa regulam tertiam inter
alia benē observanda est distinctio inter
genera suppositionis & inter species suppositionis.
Per suppositionem species, ut ex Tabula præ-
cedente patet, intelliguntur species suppositio-
ni universalis; Per suppositionem genera intel-
liguntur omnes suppositiones, exceptio universalis suppositione species. De generibus regula fine exceptione vera est, quod muta-
to genere suppositionis, i.e. si vox aliqui jam
materialiter, jam formaliter; item jam pro-
priè jam improprie; item jam personaliter,
jam communiter; jam singulariter, jam uni-
versaliter supponatur, virtutio redditur
consequencia. Cum species supposi-
tionis res paulo aliter se habet. Quedam
mutari potest absq; victio. Sic v.g. in me-
dio termino prima figura suppositio
polutativa mutari solet in disjunctivam; v.
g. O. homo est animal. Petrus est homo. E. Pe-
trus est animal; hic ò bono in majore sup-
ponitur copulativo & in minore disjunctivo.
Nihilominus tamen quedam suppositione-
nis speciei mutatio terminos mutare &
viciōsam consequientiam reddere potest:
Idquē 1. Quando vox jam funitur collectivō,
jam disjunctivō, v.g. Planeta sunt septem. Sol &
Venus sunt planete. E. sunt septem, hic propter
diversam. 2. Planet. suppositionem qua-
tor sunt termini. 2. Quando vox semel pro
generibus singulariorum & deinde alter supponitur,
v.g. animal in hoc exemplo: Omne animal
fuit in arc Noe. Petrus est animal. E. fuit in ar-
c Noe. 3. quando vox jam confusē, jam deter-
minatē supponitur, v.g.h.1. N. nō est necessaria
ad navigandū (nulla sc̄. determinata, i.e.
neq; hz, quia sine cā potest fieri naviga-

tio, neq; illa &c.) E. N. quod est necessarium
ad navigandum est navis (indeterminatē, hec
vel illa, vel ista &c.).

AD TAB. XXI.

S. I.

Ex impossibilis non posse concludi, recepta
est regula; sed falsa. Quod enim fal-
sum ex veris impossibilibus nonnu-
quā infertur, id non per se Modo adcri-
bendum est, sed fit, quia non obseruantur
consequentialia regulae. Sic v.g. sequens,
non obstante, quod ex impossibilibus
colligit, optimus est: Impossibile est, quen-
dam hominem non esse animal. Impossibile est,
quodam ridens non esse hominem. E. Impossibile
est, Q. ridens non esse animal.

§. 2. Sed dicit: hunc ex eis parvū parti-
cularibus & negatiis. E. impingere in legiti-
time consequentialia regulas. Hic non ad
equipolementum tanquam viam respon-
dendi indirectam recurrendum est, sed di-
recte responderi posse, censeo. Relin-
quenda scilicet communis hypothesis, que
fons omnis hāc in materia erroris fuit
haec tuus, impossibile est modum affirmatum
modusq; hic inter negationes numerandus,
& res erit in vado. Ut enim allatum ex-
emplum tangam, id est ita barba: negatio
enim praefixa ex particularibus negantibus uni-
versales affirmantes facit.

§. 3. Quod collectiones ex contingentiis & possibilibus attinet, exempla innu-
era adferri possunt, quibus evincitur, bona
causa consequentia defulsi. v.g. Possibile
est, O. curvus est egualis. Possibile est aliquem hominem
curvus est egualis. Succurrunt ex sc̄o eidem
h.m. subiectum majoris debere sumi non
tantum pro iis, que sunt, sed etiam, que ex-
istunt. Vixit ergo inde certe, quod maioris
subiectum canum pro iis, que sunt,
supponatur. Sed ruinofum est hoc funda-
mentum, superstructum doctrinae de am-
pliatione, quam totam confitam esse, alibi
offendit. Quod autem modi particulares
& hic & alibi creant molestias, veram
causam esse censeo, quod sunt implicata nega-
tiones: quā ob causam sit, ut cum enun-
ciationibus, quā his prædicta sunt, dūli contradictrīū stare posse, v.g. cum hāc: con-
tingens est petrum curvare, stat altera: petrus non
curvare, vel in eā etiam involvitur, & proin-
tali, utrū quod formam affirmantur sit,
reipsā nondicit, prædicatum subiecto inesse.
Jam v.g. prima figura seu dictum de omni &
nullo requirit minorē affirmantem, ita ut
non contentum sit exterā sc̄. summa, sed talē
postulet, quā prædicatum subiecto inesse enun-
ciatur (quā etiā est prædicatio definita).
Ergo enunciatio modum particularem
habens, non potest primā figurā minorē
fieri. Ex eodem fundamento plura for-
san deduci possent: quā tamen & alia
hic dicenda, cūm altioris sint indaginis,

ad

ad peculiarem tractatum supra promisum, differam.

AD TAB. XXII.

§. 1.

R^{ed}uctio non habet ultimū in disputando, sed tantum est inventa ad demonstrandum, quod concludendi ratio sit infallibilis, seu, ut cum Angustino loquar, non sit humanum argumentum, sed à Deo in naturā insitum. & ab hominibus tantum animadversa, ut discrete eam ac docere possint.

§. 2. Certudo proinde syllogistica non tantum à posteriori potest ostendti, quod in nullo exemplo tot annorum seculi excogitato deprehensum fuerit in bona formā sequi fallum; sed etiam h. m. demonstrari; Quicquid nimirum principiū naturā notū, id satis nibil in se habet. Sed nostra argumentandi ratio, nimirum principiū talibus, tempore dicto ex omni & nullo. E. &c. Minoris veritas ex Tabulā satis potest confirmari. Id tamen non negaverim, aliquid roboris inductione ostensiva decedere per ea, qua ad doctrinam de conversione supra disputavi.

AD TAB. XXIII.

P^lurima adnotanda essent, qua tamen cūm ex profecto tradiderim in Tractat. de syll. composto, hic reperire nolo.

AD TAB. XXIV.

§. 1.

Eⁿthymema non est syllogismus absolute, sed tantum cum apposito. Neq; enim accidens alter imperfectus syllogismus est, vel secunda & tercia figura syllogismi, sed est imperfectius essentia alter, quia non habet vim concludendi propriam, sed concludit tantum virtutē syllogismi, in quem mutari potest; adeoq; caret necessaria consequentiā, qua ad essentiam syllogismi requiriatur.

§. 2. In Aristotelicā Enthymematis definitione exprimitur duo, l. forma, dum vocatur syllogismus imperfectus, quo indicatur, deesse ei aliiquid, quod ad syllogismum requiratur, alteram scilicet præmissam, & quod inde sequitur, necessariam consequentiā, 2. materia, dum dicitur conflare ex verisimilitudine & signis, quae cūm ad Rhetorem spectat, inde tantum Rhetorica Enthymema definiri, concludit. Leg. Voss. I. i. Inf. Orat. c. 2. f. 3. De Exemplo videatur B. Stahl. que fl. 95. & 96.

AD TAB. XXV.

§. 1.

Scientiam diversimōde accipi, est in confesso. Comibricen̄s Quæst. Dialect. proposit. & artic. 3. hāc de re ita scribunt: Præmittendum est, nomen scientia apud Aristotelem, ejusq; Interpretari utrariumque partem. Primum latissime, pro quilibet cognitione: quo sensu dicimus scire, non modo ea, quæ cūdimus, certiorē cognovimus, sed & qua opinione aut fide cūnemus.

Ita locutus est Aristoteles in antepred. c. 1. cūm Grammaticam scientiam appellavit. Secundo strictissime pro solis nimirum scientiis speculatiis, quo pacio acceptam fuisse ab Aristotele. Et hie. c. 3. multi opinantur. Tertio, pro omnī & solā notitia certa & evidenti per demonstrationem acquisita. Prima, & tertia accepta admittenda est, mediam vero in Aristotele fundari, subdubito.

§. 2. Duplex necessitas ad scientiam requiritur, una in scientiis animo, qui certus sit, rem sic se habere, altera in re sita, que necessaria esse debet. Quo ipso differt scientia ab arte & prudentia, que sunt contingentia, b. Nicca. 3.

§. 3. Quando autem dicitur, scientiam esse rerum necessiarium, dupliciter intelligi potest; & quidem primo ita, ut per rem intelligatur subiectum demonstrationis & scientia, sensusq; fīs subiectū, de quo scientia habeatur, debere esse necessarium. Quæ est doctrina Zabarellistarum, qui per res necessarias intelligunt eas, que vel nunquam sunt & semper sunt, vel sunt, non tamen à voluntate nostrā, sed à naturā per certas causas operante. V. g. pluvia & aliae res naturales, que licet contingenter sunt, à nostrā tamen voluntate non dependent. Per res contingentes intelligunt eas, quæ esse & non esse possent à voluntate nostrā, quales sunt actiones humanae, syllogismus, res publica & similia.

§. 4. Huic tamen explicacioni, salvā aliorum autoritate, altera videatur præferenda, que per res necessarias, propositiones intelligit scibiles. Ipse enim Aristoteles suam mentem exponit. Post. 8. §. 1. his verbis: Perfectum est, si propositiones sunt universales, ex quibus ille syllogismus conflat, ne esse efflat atque in (i.e. externa) veritatis & necessariae) fit CONCLUSIO demonstrationis. Non existit demonstratio rerum caducarum, nec scientia absolute &c. 2. Scientia definitionem inspicit pater, Aristotelem, quando dicit, ad eam requiri, ut cognoscatur rē causa, & rem aliter se habere non posse, de eādem re loqui. Jam scientia non veratur circa causam subiectū, sed conclusio. 3. Scientia formaliter constituit exacissimā & perfectissimā notitiā & cognitione veritatis. Adhanc autē subiectū necessitas nihil facit. Sive enim cognoscam subiectū conclusio esse rem necessariam, sive non, per hoc certitudini notitię nihil accedit, aut decedit. E contrario, ut scientiam habeam, requiratur omnino, ut sciām prædicatum necessariū subiectū convenire. 4. Zabarellistarum explicatio, quā sub rebus necessariis comprehendunt etiam eas, quæ sunt, sed à voluntate nostrā non dependent, omni fundamento carere videtur. Hā certè quoque sunt contingentes, ac ille, quæ à nostrā voluntate pendent. Præterea Aristoteles satis clare docet, se per-

K

785

res necessarias tales non intelligere, quando e.s. Nic. lib. 6. art: Quodigitur sub clementiam cadit, necessario est ergo aeternum. Que enim necessaria sunt, simpliciter omnia sunt aeterna, que aetem sunt eterna, nec gigni nec labefactari possunt. Et inane est effigium, si dicatur, res a natura productas contingentes esse in singulari, in universali autem necessarias. Idem enim pari jure dici posset de rebus a nostro arbitrio pendibus, utpote que ut universalis generationis juxta & corruptionis sunt expertes.

s. 5. Principia scientiarum nonnumquam nimis late extenduntur. v.g. Nulla virgo parit, est principium physicum & physicum intelligendum, de curia naturali, quod tamen a fidei Christianae hostibus tanquam absolute & sine limitatione verum usurpatur. Similiter fieri potest, ut principium nimis angusti capiat & restringat, v.g. Quicquid est ex nihilo, creaturam sunt qui hoc nimis coarcent, & de complete tantum ente verum esse, scribant.

AD TAB. XXVII.

s. i.

Affectiones alias latè usurpatur, ita ut omnino propriei affectioni dici possit: In presenti sumuntur suæ, pro eo, quod est extraesemplare, solum tamen convenient ac semper. Deinde genus sumuntur. 1. grammaticæ, pro quadrâ nominum affectione. 2. politice, & quidem vel (a) pro quadrâ familiâ, vel pro sapientia, v.g. Að. XII. 27. Dei genus summe, (b) pro origine, quam quis ducit ex genitore vel patrâ, quomodo Oretselfa à Tantalô genus ducere, & Plato genere Atheniensis dicuntur. 3. Logice pro primo predicabilis. 4. physice pro materia & subiecto, quomodo id. Met. c. 10. corruptibile & incorruptibile genera differre dicunturque acceptio ethiuj loci.

s. 2. Axioma. Græcis uitata notat harenem & dignitatem; Aristoteles verò tradidit hanc vocem ad principia, que proper evidenter suam dignam sunt, ut ab omnibus admittantur. Alii Axioma vocant quantumlibet propositiones, que sibi notabilis videantur. Ramet tam latè id accipiunt, ut sit synonymum enunciationis. Quo jure ha acceptio usurpatur, videant earum patroni. Legatur interim de ultimâ Schibili, Part. 3. ap. Log. c. 1. m. 5.

s. 3. Premissi demonstrationis & in se sunt prima, immediate & per se nota; & notiores ac priores respectu conclusionis. Est autem notior nobis, quod sensim est proprius, & notior natura, quod Aristoteles absolu- tè notius vocat, quod sensib. est remotus, v.g. Eclipsis, nobis; causa ejus natura notior est. Quando notiora hoc diliguntur modo, non est ita intelligendum, ac si ea diversa sint, ratione diversorum subjectorum, aliaq; à natura, alia à nobis citius cognoscantur, sed terminis his notiora diversi cognoscendit modi. Dicuntur ergo quadam notiora nobis, quia prius cognoscuntur, si imperfectum & confusum cognoscendi modum sequamur, quomodo prius

cognoscimus quæ sensibus magis sunt obvia. Alia sunt natura nota, quia prius cognoscuntur, sires secundum suam naturam distincte & perfecte cognoscenda est.

s. 4. Ex causis internis quæ tales sunt, non fit demonstratio, quia essentia, quæ illæ constituant, rei convenit per se & immediatè, adeoque demonstrari nequit. Possunt tamen causæ interne ingredi demonstratiōnem, quatenus sunt cause externe, vel formaliter, vel virtualiter, & rationalitas est causa interna hominis, & exterior respectu rifabilitatis.

AD TAB. XXIX.

s. i.

A Naloga propriæ dictiæ species nō habent, quia nō predicant universalem. Demonstratio id invocatur demonstratio a priori, quia in ea probatur aliiquid per causa, ut prior est effectus. Demonstratio id dicitur demonstratio a posteriori, quia ab effectu ad causam, adeoque a posteriori ad prius procedit.

s. 2. Demonstratio etiam vel est prima, in quâ premissa sunt simpliciter indemonstrabilis, vel non prima, in quâ premissa aliquæ sunt secundum quid est indemonstrabilis, v.g. O. divisibilis est mensurabilis. O. quantum est divisibile. E. O. quantum est mensurabilis.

s. 3. Demonstratio per impossibile vel est vera & propriæ dictiæ, quæ intabulæ definitur. 2. τέσσερες seu καὶ ἀδιογόνες, quando veritas adversus adversariam inde probatur, quia illæ sequentur id, quod ille pro fallo habet; de quo vid. Stahl. Reg. part. I. p. 574. 5. 8.

AD TAB. XXX.

Cum essentia sit primus rei conceptus, ut dicum ad Tab. 1. 5. definitio cuncte tradit, adeoque ubi species definitur, genere proximo & differentiâ specificâ conatur. Hæc n. sunt, quæ in specie primâ conceptiuntur. Sint enim per intellectus nostris imbecillitatē etiam alterius rei, quæ species nō est, conceptus primus à nobis cognoscitur, illa quoq; potest. Hinc concludunt viri quida eruditæ, Denm etiā defini- ri posse, utpote cuius primus conceptus nobis non est ignotus, vidi. dñp. Stevogia de primo conceptu Dei.


s. 2. Cum æquivoca, quæ talia nō possint definiri, ideo nec analogis in genere una definitio attribui potest. Quapropter quædo a ea definienda sunt, nō generatis, sed talis definitio inquirenda est, quæ primarie & nobilitate speciei, vel quasi speciei competat. Observat id studiosus Philoponus, dum definit v.g. syllogismum, demonstratio- nem, citem & alia.

Reliqua cū partim in ipsis Tabulis sa- tis clare tradita, partim in aureo Stahlī regularum libello encyclopaedie sint, finem hic facio. Unq; hic mihi scopy est, studio- juventutis prodest, canq; ad Philo- phiam Aristotelico-Stahlianam manu- ducere, quem ut feliciter obtineam, faxitalma stahl, cui sit latus & honor.

Ampel

F I N I S.

ALVENSLEBEN
T
11



M. CHRIST. HENR. LOEBERI
COMPENDIUM LOGI-
CÆ PERIPATETICÆ
 Ex
 ARISTOTELIS, STAHLII, ALIORUMQUE
 OPTIMORUM
 scriptis
 STUDIOSE CONGESTUM ET
TABULIS XXX.

inclusum
 EDITIO SECUNDA.
 Emendata, illustrata, Tabulisq; quibusdam, & notis brevibus
 aucta.

Arioflet. 1.6. Top. 6.1. S. 11.
 Facilius est quodvis facere, quidam recte facere.



ALTENBURGI

Sumtibus JOHANN. LUDOVICI Neuenhahns/Bibliopole
 Jenenf.

Exudebat JOH. BERNHARD. BAUERFINCKI
 Anno M. D. C. LXIII.